




# **Epitome commentariorum, Dialecticae inuentionis, Rodolphi Agricolae.**

<https://hdl.handle.net/1874/436932>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

L A T O

E p i t o m e n s

-


M A S S A K A L I I

D e M o r b o .

O. oct.


116











Medici

Octavo n°. 116.

q. n. h. i. t. n. d. n. e. s. t. c. a. l. u. s.

oia sunt . . . q. calib; in thy; ce rante

ingrida si fluit . . . h. n. l. p. u. r. a. t. a. p. o. t.

is uicis . . . r. p. o. s. t. r. i. c. t. i. s. a. p. i. n. s. r. a. p. i. s.

r. t. i. e. r. u. s. i. u. s. c. a. l. i. u. s. q. u. a. r. t. i. o. r. a. m. b. e. t.

ingulo r. e. s. t. e. q. d. u. a. t. o. d. i. a. r. a. m. u. l. i. u. s.

ue s. t. a. u. t. i. m. u. b. q. r. e. s. t. n. o. i. a. s. e. p. t. e.

r. e. u. l. p. r. u. s. a. r. t. r. a. t. i. o. n. e. u. o. l. e. n. t.

x. s. o. l. o. p. o. t. u. s. a. c. r. e. t. i. s. z. l. a. c. a. d. d. e.

q. d. a. m. f. i. a. s. q. r. e. p. u. l. s. p. e. c. i. u. s. a. d. u. i. p.

u. u. e. r. i. t. u. b. d. i. e. u. n. t. u. e. r. i. b. i. n. a. g. e. d. i. e. d. i. e. t.

o. i. a. b. u. l. q. u. i. d. i. e. q. u. a. r. t. e. s. i. u. e. s. e. d. e.

d. u. l. u. l. q. u. e. p. u. l. c. o. r. n. u. s. q. i. d. o. m. i. q. i.

o. l. u. l. r. h. e. c. a. m. e. u. l. c. e. t. u. s. z. o. r. n. u. s.

u. g. u. i. p. u. n. a. s. u. a. h. i. m. u. r. a. t. u. m. i. s. e. l. i.

o. i. a. s. u. n. t. . . q. c. a. l. i. b. ; i. n. t. h. y. ; c. e. r. a. n. t.

u. i. g. r. i. d. a. s. i. f. l. u. i. t. . . h. n. l. p. u. r. a. t. a. p. o. t.

i. s. u. i. c. i. s. . . r. p. o. s. t. r. i. c. t. i. s. a. p. i. n. s. r. a. p. i. s.

r. t. i. e. r. u. s. i. u. s. c. a. l. i. u. s. q. u. a. r. t. i. o. r. a. m. b. e. t.

u. i. n. g. u. l. o. r. e. s. t. e. q. d. u. a. t. o. d. i. a. r. a. m. u. l. i. u. s.

u. e. s. t. a. u. t. i. m. u. b. q. r. e. s. t. n. o. i. a. s. e. p. t. e.

r. e. u. l. p. r. u. s. a. r. t. r. a. t. i. o. n. e. u. o. l. e. n. t.

x. s. o. l. o. p. o. t. u. s. a. c. r. e. t. i. s. z. l. a. c. a. d. d. e.

q. u. a. m. f. i. a. s. q. r. e. p. u. l. s. p. e. c. i. u. s. a. d. u. i. p.

u. u. e. r. i. t. u. b. d. i. e. u. n. t. u. e. r. i. b. i. n. a. g. e. d. i. e. d. i. e. t.

o. i. a. b. u. l. q. u. i. d. i. e. q. u. a. r. t. e. s. i. u. e. s. e. d. e.

d. u. l. u. l. q. u. e. p. u. l. c. o. r. n. u. s. q. i. d. o. m. i. q. i.

o. l. u. l. r. h. e. c. a. m. e. u. l. c. e. t. u. s. z. o. r. n. u. s.

u. g. u. i. p. u. n. a. s. u. a. h. i. m. u. r. a. t. u. m. i. s. e. l. i.

o. i. a. s. u. n. t. . . q. c. a. l. i. b. ; i. n. t. h. y. ; c. e. r. a. n. t.

u. i. g. r. i. d. a. s. i. f. l. u. i. t. . . h. n. l. p. u. r. a. t. a. p. o. t.

i. s. u. i. c. i. s. . . r. p. o. s. t. r. i. c. t. i. s. a. p. i. n. s. r. a. p. i. s.

r. t. i. e. r. u. s. i. u. s. c. a. l. i. u. s. q. u. a. r. t. i. o. r. a. m. b. e. t.

u. i. n. g. u. l. o. r. e. s. t. e. q. d. u. a. t. o. d. i. a. r. a. m. u. l. i. u. s.

u. e. s. t. a. u. t. i. m. u. b. q. r. e. s. t. n. o. i. a. s. e. p. t. e.

r. e. u. l. p. r. u. s. a. r. t. r. a. t. i. o. n. e. u. o. l. e. n. t.

x. s. o. l. o. p. o. t. u. s. a. c. r. e. t. i. s. z. l. a. c. a. d. d. e.

q. u. a. m. f. i. a. s. q. r. e. p. u. l. s. p. e. c. i. u. s. a. d. u. i. p.

u. u. e. r. i. t. u. b. d. i. e. u. n. t. u. e. r. i. b. i. n. a. g. e. d. i. e. d. i. e. t.

o. i. a. b. u. l. q. u. i. d. i. e. q. u. a. r. t. e. s. i. u. e. s. e. d. e.

d. u. l. u. l. q. u. e. p. u. l. c. o. r. n. u. s. q. i. d. o. m. i. q. i.

o. l. u. l. r. h. e. c. a. m. e. u. l. c. e. t. u. s. z. o. r. n. u. s.

u. g. u. i. p. u. n. a. s. u. a. h. i. m. u. r. a. t. u. m. i. s. e. l. i.

o. i. a. s. u. n. t. . . q. c. a. l. i. b. ; i. n. t. h. y. ; c. e. r. a. n. t.


u. i. g. r. i. d. a. s. i. f. l. u. i. t. . . h. n. l. p. u. r. a. t. a. p. o. t.

i. s. u. i. c. i. s. . . r. p. o. s. t. r. i. c. t. i. s. a. p. i. n. s. r. a. p. i. s.


r. t. i. e. r. u. s. i. u. s. c. a. l. i. u. s. q. u. a. r. t. i. o. r. a. m. b. e. t.

u. i. n. g. u. l. o. r. e. s. t. e. q. d. u. a. t. o. d. i. a. r. a. m. u. l. i. u. s.

116








N 113. C

Ex dono Buegel.



ADA

# EPITO

ME COMMENTA,  
riorum Dialectica inuen-  
tionis, Rodolphi A-  
gricolæ.

PER BARTOLO-  
meum Latomum Ara-  
lunensem.

COLONIAE  
Excudebat Ioannes Gymnicus  
ANNO M. D. XXXII.

EVA

Adis quotiens in campo unit

Adis quotiens in campo unit



EPISTOLA  
ORNATISSIMO VIRO D. HENRI  
co Olislegero V. I. Doctori amico & patro  
no suo colendissimo, Bartolomæus

Latomus

S. D.

**I**Nter tot incommoda quibus præfens laborat  
etas, Olislegere ornatissime, illud unū magna  
felicitate rebus humanis cōtingere arbitror,  
quod cum plena simultatum ac dissensionum  
sint oīa, literaria tamen studia usque efflorere nō de  
sinant, sed uelut conspiratione quadā publica ita nūc  
passim excolantur ab eruditis ingenijs, ut cum hæc  
nus optima quæq; ac fructuosissima uel negligētia tē  
porū intermissa, uel peruersa institutione deprauata  
fuerint, eam propedem lucem acceptura esse uidean  
tur, ut fructum, quē iam pridem certissimum ostende  
runt, cumulatissime exhibitura sint, & incredibiles  
ad bene beateq; uiuendum commoditates prolatura.  
Nam & nunc optimus & doctissimus quisq; quantū  
potest operæ atque industriæ huc sedulo confert, &  
qui superiore ætate nos antecesserūt idem studiosissi  
me conati sunt. Quorum equidem tanti facienda est  
pia erga nos ac liberalis uoluntas, ut nihil nec maius  
præstare potuisse existimandi sunt, nec nomen suum  
honestius commendasse, quàm quod ingenio suo et in  
dustria nobis ad earum artiū cognitionem uiam as  
peruerūt, quarum uis tota cum in animo excolendo,  
atque adeo honestissima occupatione sita est: tum ue  
ro so

ro so lertiam nobis ad rerum gerendarū administra-  
 tione m, et documenta in omnem uite partem salubr  
 rima suppeditat. Sed cum alij elaborarint in alio  
 genere, ij mihi cum cæteris ad recta et fructuosa stu-  
 dia haud parum contulisse uidentur, qui in differen-  
 di artibus illustrandis æque atque in cæteris operam  
 ponere non dubitauerunt. Nam cum harum cogni-  
 tio per se iucunda, & propter orationis facultatem  
 propria quodammodo hominis, eoq; maxime digna  
 sit, tum ad reliquarum artium doctrinam ita est ne-  
 cessaria, ut sine accessione & præsidio eius nulla eas  
 rum aut percipi commode, aut feliciter tractari que-  
 at. Etenim cum inueniendi ac iudicandi ratio cuncta  
 in harum officio & administratione constituta sit,  
 nec alius in omni intellectu et cogitatione nature sit  
 sensus, quàm qui harum præceptis fingitur & infor-  
 matur, quis est qui uel dicturū se quicquam certa cū  
 ratione ulla de re, uel quæ ab alijs dicta sunt uere ac  
 proprie intellecturum speret, qui non præceptis ear-  
 rum et institutione uel mediocriter fuerit imbutus.  
 Itaque ualeat in plerisque natura quantū potest, nul-  
 go disertos et quamlibet eloquentes faciat, nunquā  
 perfecti operis laudem impleuerit, nisi & quæ ab ar-  
 te inuēta constitutaq; sunt ad perfectam facultatem  
 fuerit consecuta. Noui enim intelligentes per se et fa-  
 cundos multos, nec quenquā ferè tam indocili ac pla-  
 nè nullo ingenio (qui modo in aliquo usu rerum uer-  
 satus sit) esse arbitror, qui nō et intelligere ferè quæ



ab alijs recte dicta sint, & ipse interdum quæ sententiæ  
 at planis & apertis uerbis eloqui possit: uerum qui  
 certa cum ratione & perfecto iudicio id faciat, hoc  
 est, qui quæstionem quamq; si obscura sit, in ampla et  
 sinuosa oratione complecti, qui probationes eiusdem  
 & argumenta discernere, qui reuocare easdē ad fon-  
 tes suos, & quid quæq; possit perspicere, tum qui or-  
 dinem ac dispositionem earū, qui elocutionis formā,  
 qui modum & habitum pronuntiationis unicuique  
 tribuere, hæc, inquam, qui uere ac solerter sciat, ne-  
 mo natura atque ingenio tam perspicax fuerit, qui se  
 ne arte et doctrina se unquam consecutum fuisse glo-  
 rietur. Quo magis admiror antegresse ætatis  
 negligentiam, uel inscitiam potius corruptissimorum  
 temporum, qua indocti atq; inepti homines cum ar-  
 tium differendi inopia ac deprauatione literas penè  
 cunctas euerterint, nemo tamen uel admodum pauci  
 reperti sint, qui iudicarint tanti mali causam, uel si  
 fortè admoniti fuissent, acquiescendum sano consilio  
 ac de melioribus cogitandum censuerint. Itaque exu-  
 labant à scholis publicis literæ humaniores penè om-  
 nnes, & quicquid illustrioris disciplinæ, quicquid es-  
 legantiæ atque eruditionis erat, procul uelut conta-  
 gio quædam, arcebatur. Legebantur Aristotelica. Sed  
 quid Aristotelica dico? legebantur commentaria in-  
 doctissimorum hominum, eaq; in scholis magno appa-  
 ratu, uelut Pythia, decantabantur. E quorum audi-  
 toribus, qui paulo liberaliori ingenio erant, cum uix  
 abdita

abdita intelligerent (ut arguta ferè magis quàm fru-  
 gifera erant omnia) eoque in genere non admodum  
 profecturos se sperarent, tædio nugarum aut omnia  
 no reiecti sunt à studio, aut si perseveradum erat ab  
 istis ad potiora transire conati, eas disciplinas præ-  
 mature amplexi sunt, è quibus præter laborè ac diffi-  
 cultatem nihil egregij consequi potuerunt. Alij uero  
 qui se acutiores putabant, aut quibus propter inopia-  
 am id studij genus ad otium opportunius uidebatur,  
 ingressi uulgata magis quàm sana persuasione hæse-  
 runt in proposito, & cum meliorum literarum igna-  
 ri studio, ac labore sese in his tantum ac tam diu ex-  
 ercuisent, quantum lege ac more scholastico ad gra-  
 dum aliquem (ut uocāt) satis uidebatur, titulis atque  
 honoribus magistralibus insigniti, eò plerunque non  
 fiduciæ modo, sed & arrogantia processerunt, ut do-  
 ctos se credere ausi, alios præ se contēnerent: et quic-  
 quid à ratione suæ doctrinae diuersum uidebatur, id  
 totum damnare uno nomine, & tanquam pernicio-  
 sum iudicare auderēt. Itaq; oppressæ inscitia ac bar-  
 barie bonæ literæ ferè omnes, iniuria temporū spre-  
 tæ & concultatæ sunt, et cum praua corruptaq; in-  
 oleuissent omnia, ea illustrium disciplinarum uastitas  
 facta est, ut fructus earum simul cum honore interci-  
 derit. At quanto rectius & præclarior ij, qui cum om-  
 ni bonarum artium genere exculti fuerint, ut nos-  
 bis ad hæc eadem uiam aperirent, nulli studio neque  
 labori pepercerunt. Quorū è numero R O D O L



PHVS AGRICOLA, uir literarum nomine cum antiquitate ipsa conferendus, cum animaduertit fontem corruptæ doctrinæ omnis, & incitiæ occasionē ab artium differendi uicio promanasse, ut pro se quantum posset auxiliij, contra hanc labem sanioribus studijs conferret, præceptis illarum illustrandis repurgandisq; tanta felicitate elaborauit, ut post Cicero-nes et Quintilianos paucos ante se reliquisset, usu certè et commoditate cunctos etiam superasse uideatur. Scripsit enim de Dialectica inuentione tres libros, opus absolutum sanè, ac miratum orationis facundia, tum rerum ordine & tractatu conditum. In quo cum ea quæ à diuersis factionibus partim ad scholasticum usum, partim ad forum & ciuiles quæstiones distrahuntur, exclusa omni priuata ratione in unum quodammodo corpus contulerit, eam artis tum integritatem adsecutus est, tum commoditatem, ut et uniuersam eius latitudinem uno eodemq; ambitu cõpleret. Sed cum hæc ipsa latius ferè ab illo uberiusq; tractata sint, quàm aut conuenire rudibus ac primitijs breuem rei cognitionem, expedire uideantur, operæ pretium me facturum putauit, si dum stilum in hoc genere ad meam utilitatem exercerem, summam eorum in compendium contrahendo, alijs pariter rem gratam facerem. Atq; id equidem ita à me tentatum est, ut

est, ut cum forma descriptionis, et uis rerum eadem, que est in archetypo, diligenter conseruata sit, multaq; decesserint, quibus tendebatur uelut corpus orationis, ea integritas tamen & summa præceptionis conslet, ut nec breuitas iuste cognitioni quicquam detractura sit, & qui ista cognouerit totum RODOLPHVM se cognouisse certo sciat.

Hoc ergo quicquid est operis, mi OLISLEGERE, quod non tam feliciter fortassis quam sedulo à me profectum est, cum optimo ac studiosissimo cuiq; nuncupo, tum uero in primis liberorum tuorum institutioni. Quos equidem scio ut cura singulari et paterna charitate unice complecteris, ita haud dubie ad omnem bonarum artium disciplinam mature es adhibiturus. Proderunt ista fortassis ubi sermonis ac rei grammaticæ periti in his studijs prima fundamenta iecerint, aut si id nõ cõtinget, nõ minus gratum tamẽ tibi fore officium meum spero, siue

quod amatissimo tuorum nomini de-

catum est, siue quod ab ama-

tissimo tui tuorumq;

animo profe-

ctum. Va-

le Co-

lonie tertio

nonas Martij, AN-

NO M. D.

XXX

A

iiij

LIBER

# LIBER

PRIMVS, DE  
LOCIS.



OMNIS PERFECTA ORATIO tria prestare debet, ut doceat, moueat, et delectet. Sed docere, proprium & principale eius est officium, mouere & delectare, ut non nisi perfectæ orationis sunt opera, ita consequuntur eam uerius quàm dicendo efficiuntur. Sequitur enim amplam & copiosam malorum commemorationem miseratio: & cum aliquid uenuste dictum percipimus, tum demulcemur audiendo et uoluptate afficimur. Fit ergo ut docere possit oratio, ut non moueat neque delectet, mouere & delectare, ut non doceat, non possit. Porro docendi ratio est duplex, per expositionem & per argumentationem. Expositio, est oratio quæ solam dicentis mentem explicat, nullo, quo fides audienti fiat, adhibito. Argumentatio, qua quis rei, de qua dicit, fidem facere conatur. Illa nuda rerum enarratione constat: Quia credulum habet auditorem, & sponte sua sequentem. Hæc notioribus rebus indiget, quibus peruincatur aduersarius, & dubiæ rei, cui ex se fides constare non potest, ad sentire cogatur. Sed cum alij natura  
per

perspicaciores sint ad comparandum argumentum,  
 alij tardiores, haud incōmode ars tradita est à pru-  
 dentibus hominibus, quæ certam inueniendi ac iudi-  
 candi formam expediat. Cuius utique duæ sunt par-  
 tes, inuentio & iudicium. Inuentio est, quæ cer-  
 ta locorum descriptione ostēdit, quibus è sedibus du-  
 cendum sit argumentum. Iudicium, quo perspi-  
 citur inuentum, & certa argumentandi lege propo-  
 sito aptatur. Quocirca attendendum est, omne argu-  
 mentum aut natura sua, aut extranea aliqua necessi-  
 tudine coherere cum eo, cui probando adhibetur.  
 Deinde cum explicandum est, tum ea lege committi  
 proposito, ut certo rerū ordine fidem auditoris ad-  
 stringat. Haud aliter sanè, quàm si quis duarum in-  
 ter se distantium magnitudinum proportionem col-  
 lecturus, tertium aliquod, puta regulam, sumat, quam  
 alteri earum conuenire certū sit, eandem alteri quo-  
 que collatam, si (ne quid fallat) per se firmam & im-  
 mutabilem esse cognouerit, haud dubium est, quin ex  
 ea ipsarum inter se magnitudinum cōuenientiam sit  
 deprehensurus. Prius, ad inuentionem perinet, qua  
 argumentum ex substantia rei propositæ, uel ex ijs  
 quæ circa, uel quæ extra sunt sumitur. Posterius ad  
 iudicandi partem, quæ ut firmiter cohereat proposi-  
 to, certa argumentādi lege ostēdit. Sed de inuē-



10 EPITO. DIALEC. RODOL.  
tione nos hic dicemus. Et primo quidem de locis. Secundo de usu locorum & paranda facultate. Tercio (quantum ad inuentionem pertinet) de mouendi & delectandi ratione.

### LOCVS QVID

fit et eius diuisio.

**L**ocus, est communis quaedam rei nota, cuius admonitu quid in quaque re probabile sit, inueniri potest. Vt definitio, genus, totum, partes, notæ sunt et uelut signa quædã, quibus admonemur in disputatione cuiusque rei ab eis ducenda esse argumenta.

Sunt autem loci alij interni, alij externi. Et porro interni duplices: alij in substantia rei, alij circa substantiam. In substantia sunt, definitio, genus, species, proprium, totum, partes, coniugata. Circa substantiam, adiacentia, actus, subiecta.

Externi loci partim cognata uocantur, ut cause rerum, quibus respondent euenta. Partim applicita, accidentia, repugnantia. Cause sunt efficiens & finis. Euenta, effecta & destinata. Applicita, locus, tempus, connexa. Accidentia, quorum quinque sunt species. Contingentia, nomen, pronunciata, comparata, similia, repugnantia, quorum due, opposita & diuersa. Ex his igitur hæc summa colligitur, definitio, genus, species, proprium, totum, partes, coniugata, adiacens

PER BARTOLO. LATO. II

iacentia, actus, subiectum, efficiens, finis, effectus, desti-  
nata, locus, tempus, connexa, contingentia, nomen,  
pronunciata, comparata, similia, repugnãtia. De qui-  
bus ordine exequemur.

TABVLA LOCORVM.

	Definitio	
	Genus	
	Species	
In substantia	Proprium	
	Totum	Substantie
Loci interni	Partes	Quantitatis
	Coniugata	Virtutis
	Adiacentia	
Circa substan-	Actus	
tiam	Subiectum	

	Efficiens	Causse
Cognata	Finis	
	Effectum	Euentus
	Destinatum	
	Locus	
Loci externi	Applicata	Tempus
		Connexa
		Antecedentia
	Contingentia	Adiuncta
	Nomen	Consequentia
Accidentia	Pronuntiata	Paria
	Comparata	Maiora
	Similia	Minora
	Repugnantia	Opposita
		Diuerfa

## DEFINITIO.

**D**efinitio, est oratio, qua quid sit res proprie explicatur. Vt homo est animal ratioale. Animal ratioale, explicat quid sit homo. Hæc genere et differentia constat. Vt in prædicta definitione, animal genus est, ratioale differentia. Est autem genus, quod predicatur de pluribus specie differentibus, in quid. Vt querenti quid est homo? quid bos? quid



quid asinus? apte respondetur, animal. Species, est in quam sub se cōprehensam diuiditur genus. Vt homo comprehenditur sub animali, & animal adiectione differentie in ipsum & brutum diuiditur. Dicimus enim, animalium aliud rationale est, ut homo: aliud irrationale, ut brutum. Differentia, est propria rei nota, qua secundum id ipsum quod talis est, ab alijs distinguitur rebus. Vt rationale in homine. Nam & substantia sua homo rationalis est, et hac nota proprie ab alijs distinguitur animalibus, quæ expertia sunt rationis. Sic hinnibile, equi differentia est, rugibile leonis, & cætera.

Negant tamen ullius rei ueram ac certam à nobis cognosci differentiam, propter intellectus nostri imbecillitatem: sed pro uera sumi auiunt, quæcunque ueræ proxima accedat. Et quidem rationale, ac pauca admodum aliæ, sint nec ne ueræ ac legitime differentie, alij affirmant, alij negant. In reliquis nemo ferè est, qui satis constanter affirmare possit. Quapropter ad sarcendam hanc inopiam ambitu quodam et loquendi circuitu effingimus aliquid, quod locum eius obtineat, multaq; persæpe colligimus, quorū quodque latius patet quam hoc ipsum quod definitur, iuncta tamen æquantur proposito, & proprium quiddam eius efficiunt. Vt si definias asinum esse animal, solidis pedibus, auritum et fœcundum.

14 EPITO. DIALEC. RODOL.

dum. Solidos pedes habere, item auritū & fecundū esse, per se singula latiora sunt quàm est asinus. Nā & equus solidis est pedibus, et mulus lepusq; auritū sunt, et omnia ferè animalia foecūda. Sed hæc iuncta inuicem uelut gradibus quibusdam excludunt cetera, & quid proprie sit asinus intra nature sue fines spectandū proponūt. Ergo ut semel dicamus, hæc optima fuerit ad inueniendam definitionem uia, ut cognita rei natura ac diligenter perlustrata, primum commune quiddā in ea inueniamus, quod generis locum obtineat. Deinde alijs atque alijs additis eousq; contrahendo persequamur, donec ei quod definiendum susceptum est, proprium quiddam effecerimus. Ut definiturus ciuitatem recte dicas: Ciuitas est multitudo collecta, ad statum rerū suarū tuendā per se sufficiens, legibus ac moribus constituta. In quā definitione, multitudo gn̄is loco est, cetera ad differentie circumscriptionē ordine collocata. Porro summa lex definiēdi est, ut definitio propria sit ei, quod definitur. Deinde, ut quid sit res, planis & apertis uerbis explicet. Nam hoc differt à descriptione, quod illa, qualis sit res; hæc, quid sit, demonstrat. Tum uero definitio rem paucis uerbis indicat, descriptio pluribus utitur, & figuras etiam uerborum liberius asciscit.

GENVS,

**D**E genere & specie, quid sint dictum est, hic attendendum, quod qui exactius ista distinguunt addunt eis individuum. Vt sit genus, quod de pluribus specie differentibus: Species, quod de pluribus numero differentibus: Individuum, quod de uno solo prædicatur. Vt animal de homine, asino, leone dicitur. Homo de Catone, Scipione, Cicerone, & cætera. Cato de solo Catone. Sed nobis in proposito individuum cum specie, species cum genere confunditur. Nam sicut species generi collata recte nomen suum obtinet, eò quod discernat genus, & quodammodo specicndum (ut ueteres loquebantur) præbeat, ita si conferatur individuo generis faciem accipit, & individuum simile fit speciei. Vt homo collatus animali, species est, animal genus. At si eundem Catoni conferas, Cato species fieri uidetur, homo genus. Non differunt igitur, quantum ad argumentandi rationem pertinet, ista: sed sicut à specie ad genus argumentum ducitur, ita ab individuo ad speciem duci potest. Vt quemadmodum necesse est, si homo currat, animal currere: ita necesse sit si Cicero currat, hominem currere. Ergo ut semel constituantur ista, genus in proposito uocamus, quicquid de pluribus prædicatur,

suis

siue ea specie differat, siue numero. Species, id de qui  
 quibus prædicatur. Illud prætereundum non  
 est, genus ut prædicari de suis speciebus, ita etiam di  
 uidi in eas, & quidem adiectione differentie. Est es  
 nim diuisio, generis in species per differentias diduc  
 ctio. Ut animal adsumpto rationali et irrationali in  
 hominem & brutum diuiditur. Dicimus enim, ani  
 malium aliud rationale est, ut homo: aliud irrationa  
 le, ut brutum. Quocirca sunt qui putant duabus edi  
 uerso positis & inter se repugnantibus differentijs  
 omnem diuisionem fieri oportere. Sed hoc fieri non  
 posse & multæ sepe sub uno genere species, & ue  
 rarum differentiarum penuria coarguit. Itaque sicut  
 nobis primum esset, & uoto forsan optandum, ut le  
 gitimis duabus differentijs diuideremus: ita proxima  
 erit ut qualibuscunque, duabus tamen, sin mi  
 nus poterimus duabus, at quotcunque poterimus, di  
 uidamus, dum modo uniuersam eius, quod diuiditur,  
 complectamur latitudinem. Quapropter non per ea  
 modo quæ in substantia eius sunt quod diuiditur, sed  
 per omnes ferè locos, qui circa, quique extra sunt,  
 ducitur diuisio. A forma, quæ aptissima est  
 (quia in substantia, & uera differentie origo) ut,  
 corporum aliud animatum est, aliud expers anime.

A materia, arborum aliæ ex semine sunt, aliæ  
 sponte



sponte nascuntur. Ab adiacentibus, animalium aliud mansuetum, aliud ferum. Ab actibus, hominum alius studio, alius lucro, alius uoluptati operam dat.

Ab efficientibus, animalium aliud parentis efficacia, aliud calore solis, aliud putrefactione gignitur.

Ab effectis, animalium aliud foetum, aliud ouum, aliud uermem parit. Item ex fine, ut rerum domesticarum alie ad necessitatem, alie ad uoluptatem, alie ad usum pertinent. Et contra ex

destinatis ad finem, ut opum parandarum causa, alij honestis artibus utuntur, alij fraude & iniuria querunt.

Ex loco, animalium aliud terra, aliud mari degit. Ex tempore, flores aut hiberni sunt, aut uerri, aut aestiui, aut autumnales. Ex conexis, homines alij serui sunt, alij domini, alij neutrum. Par ratio de ceteris. Exceptis oppositis et diuersis: quæ cum repugnēt ei, quod per ea diuiditur, nō potest hoc ipsum de eis prædicari: quod est contra diuisionis naturā.

Nomen etiā parū accommodatū esse uidetur. Quia ut uox inepte in res significatas, ita ineptius res significata in uoces diuiditur. Diducitur tamē unū in multa, et tribus ferè in modis explicatur, per diuisionē, per partitionē, et per enumerationē. Diuisio est gn̄s in species diductio, de qua mō dictū est. Partitio, totius in partes, de qua mox dicetur. Enūc

ratio cū plura, quæ uni alicui insunt, recensemus. Vt Cicero et eloquēs fuit, et prudens, et adsertor publicæ libertatis. Hoc sanè modo nomē deducitur, et enumeratione in significata explicatur. Vt Taurus & domesticū animal significat, & sydus, & montem.

## PROPRIVM.

**P**roprium est, quod omni, soli, & semper inest. Vt erudibilem esse, & posse loqui, hominis propria. De solo enim, et de omni homīe, et semper quod erudibilis sit, & quod loqui possit, affirmatur.

Inter proprium et differentiam, teste Aristotele, re ipsa nihil interest: sed sola comparatione distinguuntur. Nam proprium dicitur, quatenus suæ speciei: differētia, quatenus generi uel alienæ speciei cōfertur. Vt rationale, animali uel bruto collatum, differentia est: homini comparatum, proprium. Quamobrem differentia animalis uel bruti, propriū hominis in disputando recte appelletur.

De propria passione, quā uocant, hic non agimus: sed illud propriū in uniuersum uocamus, quod omni, soli, et semper conuenit, et conuersum predicatur de se. Vt quemadmodum dicimus, omnem hominem erudibilem esse: ita econuerso dicimus, quicquid erudibile sit, id hominē esse. Eius hic præcipuus est usus, ut locum ueræ differentie suppleat, siue id unum sit

ne uere proprium, siue ex pluribus alijs contractum,  
quod proprium, quiddam efficiat: quemadmodū pau-  
lo ante est demonstratum.

## TOTVM ET PARTES.

**T**otius & partis nomine genus & species plerū-  
q; significantur: quia simile quiddā habent.  
Genus enim sicut species suas oēs complectitur, ita et  
totum partes. Sed in re permultum interest, cum ge-  
nus in singularum specierum substantia necessario  
insit, & in una qualibet earum seruari possit, & de  
singulis uere affirmetur. Vt animal necessario in-  
est in homine, & natura eius in solo homine, etiam  
si aliud animal nullum sit, seruari potest: & de ho-  
mine, leone, asino & ceteris uere prædicatur. At  
totum non item. Nam neque totum corpus singulis  
inest membris, nec de ijs uere dici, nec in ullo eorum  
natura eius conseruari potest. Itaque definiendo ista  
recte discernuntur, ut sit diuisio (secundum Fabium)  
pluriū rerū in singulas partitio, singularū in partes  
discretio. Porrò ut partiū, ita et totius nō una est  
ratio, sed aliæ quātitatis sunt partes, aliæ uirtutis,  
aliæ substantiæ. Quātitatis, ut in ijs, quæ magnitudi-  
ne et multitudine constant. Vt pedale, bipedale: bina-  
rius, ternarius. Virtutis quemadmodum plus robo-  
ris Achilli, q̄ Aiaci fuisse dicimus: plus luminis solē



quam lunæ. Item quemadmodum physici animam nostram in uitam, sensum, motum, & intellectum partitiuntur. Substantiæ partes sunt duplices: Aliæ constitutivæ rei, ut materia & forma: Aliæ constitutivæ, quæ et integrantes uocantur, uelut mēbra in humano corpore. Ut caput, manus, pedes &c. Itē fundamentū, tectū, parietes, in domo. Est et alia diuisio, quæ partes aliæ eiusdem generis dicuntur. Ut partes carnis, partes aquæ, ligni, saxi. Aliæ diuersi, ut partes hominis, domus, nauis, libri. Has ὁμογενῆς, illas ἕτερογενῆς uocant.

Sed materiæ & formæ præcipua est obseruatio. Quare materia est (secundum physicos) subiectū ex quo aliquid generatur primum, & in quod corrumpitur ultimum. Forma, modus quidam materiæ, quo rei contingit, ut huius uel illius speciei accipiat nomen. Ut in homine separatis per intellectum & cogitationem (quod fieri potest) animo, magnitudine, figura, colore, omni denique habitu corporis et affectione, id quod ultimum relinquitur, uarijs mutationibus obnoxium, ipsum autem per se perpetuum & incommutabile, materia eius uocatur. Forma uero, quam in hoc adsumpto corpore tum intelligimus, tum uidemus. Nam hæc ut maxime uaria est, ita partim sensu, partim intellectu percipitur. Ut animus in

mus in homine intelligitur: corporis forma ( ut san-  
guinis, carnis, ossis, nerui) quantum ad colorem, & fi-  
guram pertinet, oculis cernitur: cetera itidem intel-  
liguntur. Dicitur et materia de eo, ex quo fit ali-  
quid, tametsi id non sit primum in generatione, neq;  
in corruptione ultimum: sed cum certam formam ob-  
tineat, ea retenta uel commutata porrò aliæ accipi-  
endæ substituitur. Vt caro & ossa hominis materia,  
charta et mēbrana libri, ligna nauis, mel et aqua mul-  
si. Item & similitudine quadam materia usurpa-  
tur pro eo, quod alicui negotio propositum est, circa  
quod elaboret, & in quod facultas eius explicetur.  
Vt materia laudis, uirtus: materia infamæ, impudi-  
citia: studij literæ: curarum amor: belli iniuriæ: odij  
improbitas: &c. Quæ ratio ut à superiori diuersa  
est, ita non minus inuentioni conuenit. Nam proprie  
ad subiecti locū refertur, de quo mox dicemus.

## CONIUGATA.

Coniugata sunt, quæ uocis similitudine, hoc est,  
rerum substantia, coherent. Dicta quasi sub  
unum iugum deuincta. Vt sub sapiētia, sapiens & sa-  
pere: sub iustitia, iustus & iusta. Ergo uidentū  
est, ne qua uoce magis quàm re sint coniugata. Nam  
per sepe accidit, ut aut propria desint nomina rebus:  
aut si existant, non idem tamen significēt. Vt à uirtute

te uirtuosum non dicimus, sed probum: & à somno  
 somniculosum ut dicamus quidem, non idem tamen se  
 gnificat, sed dormientem, in quo sit somnus, rectius  
 appellaris. Ergo uirtus & probus recte coniugata  
 sunt, Dormiens & somnus. Item officium & indu-  
 strius. Nam officiosum ab officio, ut dicatur quidē,  
 pro coniugato tamen non recte usurparis. Rari-  
 or est loci huius usus, quod ferè eque nota uel igno-  
 ta sint coniugata. Veruntamen sicubi res dederit,  
 non incommode adhibebuntur. Quemadmodum  
 apud Comicum non apte modo, sed & uenuste di-  
 ctum extat: Homo sum, humani nihil alienum à me  
 puto. Valent autem cum ad alia probationum  
 genera, tum maxime ad exempla. Ut Marcus Cu-  
 rius in paupertate beatus fuit, Igitur uirtus beatos  
 efficit. Exēplum est à coniugatis. Nam Curius, quia  
 uir bonus fuit, usurpatur pro coniugato uirtutis.

## ADIACENTIA.

**A**diacens, est modus rei inexistentes, quo aliquid  
 aliud quàm secundum substantiæ suæ deno-  
 minationem res uocantur. Ut prudentia in homi-  
 ne. Nam Cato secundū substantiā suā homo uocatur,  
 sed à prudentia prudens, à uirtute probus. Horū  
 alia sensu, alia intellectu percipiuntur. Sensu, ut  
 color in hematite, quem oculis cernimus. Intellectu,  
 uis co

nis eiusdē contra sanguinis fluxū, quā mēte deprehē  
 dimus. Vtrunq; genus duplex est, natiūū & accē  
 dēs. Natiūū est, quod à natura subiecto inest. Vt ca  
 lor in igne, humor in aqua, frigiditas & duricies in  
 saxo. Accedēs, quod opera paratur, et extrinsecus  
 accedit. Vt calor in aqua ab igne, rigor in eadē à frī  
 gore. Porro accedentiū, alia facile mouētur à subie  
 cto. Vt rubor in vultu ex pudore contractus. Alia  
 difficulter, ut cicatrix ex vulnere, color in panno, ar  
 tes et sciētiae in animo, et cūcta qbus ferē noua imbuū  
 tur. Natiua uero partim sunt in rebus inanimatis, par  
 tim in stirpibus et plātis, partim in animalibus, & pe  
 culiaria quēdā in hoīe. In rebus inanimatis: ut uariae et  
 infinitae potestates, ex qbus alia ferē noxia capiūtur  
 ad humanos usus, alia salutaria, prout cuiusq; genus  
 fert et natura. In stirpibus et plantis uis quēdam  
 inest tuendi conseruandiq; sui, et similis cuiusdā pro  
 creandi appetitus. In animalibus, haec eadem: tum sen  
 tiendi memorandiq; uis propria. Item feritas,  
 mansuetudo, docilitas, indocilitas, astus, socordia,  
 aliāque his similia, quae proprie ad animam referuntur.  
 In homine uero insunt, primum quae cun  
 ctoꝝ animantium sunt communia. Deinde intel  
 ligendi ratiocinandiq; uis propria, qua à ceteris dis  
 cernitur animalibus. Postremo animi affectiones.



14 EPITO. DIALEC. RODOL.

et hæc cum brutis cōmunes, ut ira, amor, odium, spes, metus, dolor, misericordia, & reliqua. Quæ tamen nonnunquã accipiuntur, ut ex instinctu nature proveniunt, & sic huius speciei sunt propria. Nonnunquã uero ut usu et exercitio paratæ: sicut in eo, qui se crebrius illis regendum auferendumq; permisit. Vnde illis illa, quam uocant Græci, efficitur. Nonstri habitum, uel ut melius, consuetudinem appellare possunt. Atque hoc sanè modo inter accidentia numerabuntur.

ACTVS.

**A**CTUS, est quocumque aliquo modo exerceri afficique dicimur. Ut currere, pugnare, time re, quiescere. Nam eorū natura in fluxu quodam & agitatione est posita. Oriuntur autem ab adiacentibus: unde & pro illorum uarietate distinguuntur. Actiui igitur alij natiui sunt, ut uidere, loqui, intelligere. Alij usu parati. Ut scribere, docere, pingere. Ex his porro alij ex subitis affectionibus oriuntur. Ut irasci, timere. Alij ex firmatis. Ut fidibus canere, legere, docere. Iam actus alij opus efficiunt. Ut texere, pingere, edificare. Alij intra se metipsos consumuntur. Sed horum alijs finis propositus est. Ut studere, ambulare, dormire. Alij sine carent. Ut gaudere, irasci, egrotare. Illud ignorandum



dum non est, quædam nomine actus uideri, quæ reuer-  
 ra adiacentia sunt: & econuerso, quædam adiacen-  
 tia, quæ sunt actus. Ut scire et albere, adiacentia sunt,  
 tametsi actuum specie præ se ferant. Significat enim  
 scientem & albū esse. At cursus & pugna, quàmuis  
 nomine adiacentia uideantur, re ipsa tamē actus sunt,  
 quia non sine motu & agitatione intelliguntur.

Seruit hic locus cum ciuilibus cōtrouersijs, tum præ-  
 cipue ijs, qui de rerum natura ac proprietate disse-  
 runt. Eo quod expositus ferè est sensibus nostris, &  
 in apertum se proferens abdita rerum indicat.

## SVBIECTVM.

**S**ubiectum, cum uarie sumatur, nobis in propo-  
 sito substantia est, cui adiacentia & actus inni-  
 tuntur, & in quam recipiuntur actus. Ut ignis calo-  
 ris est subiectū, calefactionis autem tum ignis, à quo  
 proficiscitur calefaciendi actus, tum aqua in quā re-  
 cipitur. Sic homo agilitatis, & cursus est subiectum,  
 animus scientiæ et uirtutis. Obiectum quod uul-  
 go dicitur, tametsi similitudine quadam ad hunc lo-  
 cum pertinere uidetur, subiectum tamen uon est, sed  
 uerius pro efficiente habebitur. Color enim ui sua in-  
 citat oculum ad uidendum, & odor olfactum: quod  
 sanè efficientis est proprium. Eodē pertinet  
 rerū intellectarū imagines, quæ ortæ à sensu nostro,

et ad animum traductæ, quia mouent & excitant ad cognitionem sui mentem, ad efficientia rediguntur. At si rebus subiectis conferantur, ut artium ac disciplinarum decreta, & conceptæ animo in hanc uel illam partem sententiæ, inter pronunciata erunt, de quibus inferius dicemus. Magnitudo certe, quæ genere et naturâ suâ inter adiacētia numeratur, substantiæ comparata adiacens est: reliquis cōparata adiacentibus, subiecti uicē accipit, Quia non nisi interuentu eius reliqua adiacentia substantiæ innituntur.

## EFFICIENS ET FINIS.

**E**fficiens & finis externi sunt loci, & similitudine quadam cognata uocantur. Quia cū extra rem sunt, ab eis tamen res nasci et oriū accipere uidetur. Quatuor caussarū genera facit Aristoteles, materiã, formam, efficiētē, & finē. Sed nos efficiētē et finē, quia ab ipsis res prouenit, proprie pro caussis habemus, materiam & formã inter partes redigimus. Efficiens est, quod faciēdæ rei operã præbet. Finis cuius gratia fit. Ut artifex faciens domū uel nauim, efficiēs est: finis, precium earum rerū uel usus. Habent aut̄ hūc inter se ordinē caussæ, quod cupiditate finis efficiens mouetur (siue id natura fiat siue impulsu rationis) & subigendo formandōque materiam certum producit opus.

Efficiens

Efficientia alia necessitate agunt. Vt ignis urens, terra herbas ac flores proferens. Alia delectu. Vt homines & bruta quaedam fortassis. Porro ex his quae necessitate agunt, alia proprio naturae conatu agunt, ut homo pugnans. Alia externa vi impelluntur. Vt tormentum quod telum ei aculatur. Diuiduntur & aliter efficientia, ut alia imperantia siue praecipua sint (Graeci uocant *αἰτία*) ut architectus, qui praestitit aedificio extruendo. Alia obsequentia quodammodo & ministrantia primis. Sed haec duplicia. Quaedam enim agentia sunt. Vt fabri & reliqua operariorum turba. Quaedam agendi instrumenta. Vt secures, telum, rebra, mallei, & caetera, quibus facultas artificum in opus explicatur.

**FINEM** esse diximus, cuius gratia omnia agant. Agunt autem boni alicuius gratia, siue id natura siue ratione ostendatur. Itaque finium diuersitas ex bonorum differentia sumenda est. Bonorum igitur quaedam sunt per se bona. Vt status cuiusque rei in suo genere perfectissimus. Quemadmodum in his summum bonum est calidum & siccum esse: Aequae, frigidum & humidum: Equi ut omnibus ijs probe et perfecte ualeat, quae à natura sunt ei attributa: Hominis uero, ut animo et corpore sit optime constitutus. Quaedam uero non sunt per se bona sed conferentia,  
hoc est,

Hoc est, adiumento adipiscendis tuendisq; per se bonis. Quemadmodum cibus, uestitus, potus, ad uitam conferunt. Item cætera ad cultum uitæ necessaria.

Sed sumitur & aliter bonorū differētia. Vno modo pro singularum rerum conditione, sicut modo dictum est. Alio modo ex toto rerum ordine, quo cuncta, alterū alterius usibus uidetur esse addicta. Quoniam omnia melioribus seruiunt. Sic utique Deus optimus maximus quemadmodum est unum omnium & perfectissimum bonum, ita & unus omnium & perfectissimus finis. Cætera autē quæ in medio sunt, quoniam unum dignius est alio, habetq; aliud ferè usibus suis addictum, ita fit ut & bonum cuiusq; ea tenus æstimetur, quatenus digniori seruiendo fuerit aptissimum. Sic belli finis est uictoria, uictoriæ pax uel cupido imperij, uel iniuriæ ultio. Pacis autem finis, rerum tranquillitas & beata uita. Quæ quidem per se & singulatim accepta, ultima sunt & summa quæq; in suo genere. Ex toto autem rerum ordine, alterū incumbit alteri, & id finis alterius est, cui parando tuendoq; alterum usu & ministerio est addictū. Ergo in equo sicut et in cæteris ferè rebus duplicē spectare est finem, unū naturæ suæ et perfectiōis, ut indomitum ferocemq; esse, & nullis obnoxium habebis. Alterum ministerij & commoditatis. Ut man  
suetum



suetum sefforisq; patiētem esse. sodi calcaribus, et freno in quamlibet partem flecti. Sic terra herbis arboribusq; uestita, natura sua perfectissima uidetur. At nobis in uicos disposita, inq; areas edificiorū equata, aptior esse solet. Illud ignorandū non est, unus rei plures esse posse fines, ut alius operis, alius operantis, alius iubentis sit finis. Nimirum diuersa ratione. Ut in edificatione operis finis est domus, artificis merces, domini iubentis usus, uel aliud, quidpiam fortassis.

## E V E N T A.

**E**fecta & destinata uno nomine euenta uocantur, quod ex causis eueniāt. Sed effecta efficiēti, destinata fini respōdent. Ut domus effectum est efficiētis materiae, apparatus & cetera ad effectiōnem pertinentia, destinata. Potest tamen idem & causa, & euentum dici, prout ultro citroq; comparatur. Ut domus edificāti comparata, effectus est: domino operis, finis. Porro si domum ut effectū accipias, fabri et instrumenta ei collata efficiētia sunt: sicut ut finem, destinata. Domino uero domus fabri & instrumenta collata, tum mediij quidē fines sunt, quatenus ipsis parandis opera insumitur: tum effecta. Verum edificanti collata, quatenus ad operis executiōnem



executionē pertinet, media efficiētia. Quocirca attē  
 dēndū est, materiā et finē, materiā et formā, efficiens  
 et materiā, efficiēs et formā nequaquam in idē conueniē  
 re posse, cetera posse. Illud quoque sciendum est  
 unius euentus in suo genere unam propriam causam  
 esse: et cōtra unius caussae unū per se & proximū ea  
 uētū. Vt in genere efficiētis unū efficiēs, in genere fi  
 nis unus finis. Nec obstat quod de pluribus unius rei  
 finibus prae dictū est. Nam id fit diuersa ratiōe. Aedia  
 ficantis enim, quatenus aedificat, finis est domus, qua  
 tenus lucri cupidus est uel auarus, merces: ut quates  
 nus idem ambitiosus fortassis et artis ostentator, glo  
 ria. Ergo haec quamuis unius rei fines sunt, eademque  
 parātur opera, ad diuersa tamē efficiētia referuntur.

Valet cognatorum locus, tum ad alia quaestio  
 onum genera, tum in ciuilibus praecipue ad delibera  
 rationes. In quibus ecquid expediat, & an fieri  
 possit, quæri solet. Quorum alterum à fine, alte  
 rum ab efficientibus perspicitur. Valet etiā in demō  
 stratiua materia, ut cum quo animo, & cur aliquid  
 factum sit ostenditur. Nam uere uirtutis ratio à fe  
 ne perspicitur, eamque solam expetendam esse, ex des  
 tinatis confirmatur.

**S**equuntur locus, tempus, et connexa, quæ tribus Aristotelicis prædicamentis, ubi, quando, & habere, respondent. Ea Cicero sub adiunctis complectitur, nos applicita uocamus. Quod addita rei extrinsecus, non quidem sint causa eius, sed denominatione ei præbeant: adiuncta autem nos inter contingentia nominauimus.

Locus est sua cuiusq; rei, quam obtinet sedes.

Nempe qualis à poëta describitur:

Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt.

Et:

Deuenère locos, ubi nunc ingentia cernes

Mœnia.

Quemadmodū dicimus, sublimi, humi, in Italia, in urbe, ruri, domi esse. Locorū differētia partim ex ipsis locis, partim ex ijs, quæ circa sunt, sumitur. Ex ipsis locis, ut hic, illic, istic, sursum, deorsum, iuxta, procul. Item in angusto, amplo, sublimi, humili loca esse. In quibus discrimē sumitur facta locorum inter se comparatiōe. Ex ijs uero quæ circa sunt diuersitas bifariā spectatur. Vno modo à natura. Ut maritimus locus, terrestris, aërius, aquosus, planus, montosus, asper, &c. Alio mō ab hominibus, ut locus celebris, desertus, sacer, prophanus, publicus, priuatus, cultus, neglectus, pudendus, honestus. Item ubi, rus, domus

32 EPITO. DIALEC. RODOL.  
domus, forum, templum, uicus, & cætera. In Italia, in  
Germania, domi, peregre esse.

Possunt et aliæ fieri differentiæ, propemodum per  
omnes inuentionis locos ductæ. Sed ex his cæteræ fa-  
cile intelliguntur.

Vsus est loci huius frequens in laudando et uitus  
perando, tum in consilijs tractandis. Ut cum à pa-  
tria quis, à loco educationis & studij laudatur aut  
nituperatur. Item cum facultas rerum gerendarum  
ex loci conditione queritur. Valet etiam in con-  
iecturis, & in amplificanda re sæpe commode adhi-  
betur. Ut cum factum probatur ex loci facultate, aut  
cum ex eiusdem circūstantia crimen augetur. Ut ob-  
iectum Miloni, quod Clodium in monumentis maio-  
rum suorum occidisset.

#### TEMPVS.

**T**empus, est spaciū ex cœli solisq; uertigine de-  
ductū, quo rerum omnium agitationem uicissit-  
tudinēq; metimur. Ut hora, dies, mēsis, annus. Po-  
test tempus eadem ratione, qua locus diuidi. Ut sit al-  
liud ex substātia ipsius. Ut nunc, tunc, mox, sero, nu-  
per, dudum, quondam, olim, cito, breui, tarde. Ali-  
ud ex ijs, quæ à natura ei accedunt. Ut dies, mensis,  
hyems, æstas, serenum tempus, nubilum, pluuium, uē-  
tosum. Aliud ex hominibus. Ut pueritia, adolescen-  
tia,

tiā, iuuentus, senectus. Item festum, profestum, messis,  
 uindemia, pax, bellum, occasio, tempestiuum, oppor-  
 tunum: & cetera. Porro sicut locus, ita, & tempus  
 argumentandi usu latissime patet. Valet enim et ad  
 fidem faciendam de re, et ad mouendos affectus. Vt,  
 Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam. Et, Hic Pri-  
 amus, quanquā in media iam morte tenetur, Non ta-  
 men abstinuit, nec uoci iræq; pepercit. Quorum al-  
 terum ad narrationis credulitatem, alterum ad ostē-  
 dendam senis fortitudinem, ex tempore est ductum.

## CONNEXA.

**C**onnexa sunt, quæ non circumstant quidem rē,  
 ut locus & tempus: sed extrinsecus in eam in-  
 cumbere uidentur. Vt diuitiæ connexæ sunt diuiti.  
 Nam cū à substantia sua Crassus homo dicatur, à di-  
 uitijs, quæ extra eum sunt, uocatur diues. Sic qui ux-  
 orem habet maritus, qui dominum seruus, qui patrē  
 filius, qui ciuitati præest magistratus, qui exercitū  
 dux uel imperator, qui regno rex, qui iure ciuili po-  
 titur ciuis, qui exequitur iussa magistratum, accen-  
 sus, apparitor, uiator, præco, licitor: &c. Conne-  
 xa ita diuiduntur, ut alia propinqua sint, & uelut at-  
 tingentia rem. Vt nebulosum in aëre, in aqua piscos-  
 sum, herbidū in terra. Item altum, humile, mons, ual-  
 lis, tumulus, lacus. Et quæ corpori nostro incumbūt,

C ut tuni-



ut tunicatum, armatum, præcinctum, calceatum, cri-  
entum, luto oblitum, puluerulentum esse. Quæ omnia  
ex propinquo spectantur. Alia de longinquo aspi-  
ciunt rem. Ut sunt pleraque eorum, quæ intellectu  
magis quàm sensu percipiuntur. Ut diuitiæ, opes, no-  
bilitas, gloria. Item potestatum & necessitudinum  
uocabula. Ut consul, prætor, ciuis, amicus, hostis, pes-  
reginus, uxor, maritus. In quibus omnibus uel posse-  
ssio aliqua, uel ius potestatis, uel coniunctionis, aut  
contrà intelligitur. Breuiter quorumcunque nomen  
ab alio, quod extra ipsum est, oritur, connexa dicun-  
tur. Nam adiacentia inhaerent rei, nec esse sine illa et  
subsistere possunt. Aequalitas & inæqualitas, si-  
militudo & dissimilitudo, maius & minus, potentior  
& minus potens, nomine quidem connexa sunt, sed  
re comparata. Capiunt enim nomen alteram ab alte-  
ro: sed cum indefinitarum rerum comparisonem si-  
gnificet, nunquam serè nisi in eisdem & definitio us-  
surpatur. Ut pro eo quod, potentior non potest, igitur  
nec minus potens potest, dicendum erat: dicimus  
rex non potest, igitur nec miles. Item Hannibal nota  
potuit capere Romam, igitur nec Gothi potuerunt.  
Quæ comparata esse est manifestum.

### C O N T I N G E N T I A.

Contingentia, item nomen, pronunciata, compa-  
parata



parata & similia uno nomine accidentia uocantur: quod ea ipsa & res cum altero alterum, & sine altero esse et non esse possit. Contingentia ergo sunt, quæ contingunt circa rem, ea conditione, ut siue ista non eueniât res existere, siue res non existat ista euenire possint. Vt pallor ante ægritudinem, fuga post eadem. Potest tamen et pallor adiacens esse, & fuga actus, si utrunq; cum homine tanquàm subiecto conferatur. Locorum enim diuersitas non tam ex rebus per se acceptis, quàm ex earũ comparatione & habitudine iudicatur. Proinde differunt & contingentia à connexis, quod contingentia uno statim nomine intelliguntur, illa ut intelligãtur duobus nominibus conferri oportet. Astutia enim & seruus per se dicta, alterum adiacens est, alterum connexum: sed iuncta inuicem ut si astutum seruum dicas, alterum alterius fit contingens. Non sunt omnia contingentia apta argumentis, sed ea duntaxat, quæ ratione aliqua cum proposito coherent, & uelut uiam præstant in ipsam rem. Vt timor Dauis apud Terentium friuole sumeretur ad arguendum adolescentis animum, nisi communi inter eos consilio ageretur.

Porrò contingentia, alia antecedunt rem, alia adiuncta sunt rebus, alia consequuntur. Antecedentia sunt, ut iurgium ante eadem, colloquium ante adu-

terium. *Adiuncta, ut clamor et strepitus in cæde, cultior habitus in adultero. Consequentia, ut fuga & latebræ post cædem, rubor in uultu, & sparsa coma post adulteri congressum.*

*Signa rhetoricarum probationū pleraque ex hoc loco ducuntur. Item ab adiacentibus, actibus, & effectis. Valentq; contingentia non ad coniecturam modo, sed etiam ad qualitatem demonstrandā. Ut cum ex antea facta uita, ex dictis & factis crimen colligitur, & cum ad odiū, inuidiam, commiserationem persona tractatur.*

## N O M E N.

**N**omen, est uox ad rem significandam conseruata su hominum instituta. Ut nomen philosophi, oratoris, consulis, ciuis. Ab etymologia Cicero uocat, hoc est, à nominis interpretatiōe: quod nobis ad eundem refertur. Perinde enim est nomen pro argumento sumptum, & uis eius uerbis explicata. Ducitur ex hoc loco tribus ferè modis argumentū. Uno cum ex nomine uel interpretatione eius, quod perinde est, argumentamur. Ex nomine. Ut philosophus appellatur, ergo sapientiam & uirtutem summo studio colere debet. Item, animæ nomen à uēto est inditum, igitur anima constat ex aëre. Ex interpretatione nominis. Ut sapientie studiosus est, ergo philosophi

sophi nomē meretur. Itē pecunia domus instruitur:  
 igitur pecunia in instrumēto domestico est nūerāda.  
 Alio mō ex agnominatiōe, seu (ut uulgus) ex equiuo-  
 catiōe, quā Græci ὁμωνυμία uocāt. Ut humanitas ma-  
 xime conuenit homini, igitur artes humanitatis sunt  
 expetendæ. Venerabile est nomē patrū, igitur plebs  
 patres colere debet. Sed hoc sepe fit captiosum, quā-  
 do occultius ponitur, aut quando res in idē tendunt.  
 At si apertius fuerit, in ridiculum persepe abit. Ut  
 illud de Nerone, qui matrem occiderat:

Quis negat Acneæ magna de stirpe Neronem,

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Tertio ex translatione, cum nomen aliquod transfer-  
 tur, et deinde ex re, non quam eo in loco, sed quam  
 proprie significat, ducitur argumentum. Ut:

Quis enim celauerit ignem,

Lumine qui semper proditur ipse suo.

Ibi ignis pro amore ponitur, sed nō à natura amoris,  
 uerū à proprio uerbi significato argumentum sumi-  
 tur, nēpe à natura ignis: Lumine qui semper pro-  
 ditur ipse suo, Tanq̄ de uero igne loquatur.

PRONVNCIATA.

**P**Ronunciatum est, quod quispiam de re propo-  
 sita uel dixit uel sensit. Ut sententiæ clarorum  
 uirorū, leges, prouerbia, & cætera id genus, que au-

toritate aliqua proficiuntur. Alij hunc locum à iudicio, alij ab autoritate, alij à testimonio uocant. Sed quia hæc ærctiora sunt, quàm pro rei latitudine, nobis pronunciati nomen aptius esse uidetur. Sūt enim pronunciata, quæ quisq; alla de re, ut affirmaret uel negaret, est elocutus.

Horum alia diuina sunt, alia humana. Diuina, quæ cœlesti uoce uel instinctu quomodolibet perferruntur. Ut oracula & uatum prædictiones. Humana, quorū à nobis origo est. Sed hæc partim in scripto sunt posita. Ut chirographa, instrumenta, epistolæ, libri. Partim in oratione, cæque uel libera. Ut sententiæ clarorum uirorum, laudationes, res iudicatæ, dicta testium, pacta, conuenta, rumores. Vel expressa, ut iurata & tormentis quæsita. Sed ex his chirographa, testimonia, rumores, & cætera id genus, ita accipienda sunt, quatenus inueniuntur ad causam à differente, & oratiōe tractantur: non quatenus in rem præsentem feruntur à litigantibus. Nā hoc pacto artis non sunt, sed à rhetoribus etiam in artificialia uocantur.

Porrò pronunciatorum, alia antecedunt rem. Ut Vatū prædictiones, et fama sæpe præcurrens factū. Alia consequuntur. Ut sermo de præteritis rebus, et ad posteritatē diffusa opinio. Alia adiuncta sunt. Ut



praesertim rerum laus & uituperatio. Illud praetereundum non est, huius loci uim non in uerbis tantum, sed in quibusdam etiam rebus consistere. Ut cum aliquis, quod dicendum est, re significat. Ut ille qui interrogatus, qualis esset uita hominum, ubi paulisper se ostendisset, abscondit. Et Tarquinius superbus, decussis papauerum capitibus, primores Gabiorum tollendos esse significabat.

## COMPARATA.

Comparisonem grammatici plerumque pro similitudine usurpant, exemplum pro comparatione. Nos ista discernimus, comparisonem uocamus, cum duo conferuntur in uno tertio. Similitudinem, cum conferuntur in duobus, sicut mox dicetur. Exemplum, cum à moribus et uita sumitur comparatio. Est enim exemplum species quaedam comparationis, quae non tantum ex hoc loco, sed etiam à specie & coniugatis duci potest. A specie. Ut apud Lucanum: Omnisque potestas Impatiens consortis erit: etc. Sequitur exemplum: Nec longe factorum exempla petantur. Fraternali primi maduerunt sanguine muri. A coniugatis. M. Curius aurum spreuit, non est igitur pecunia expectanda. Nam Curius, qui abstinens intelligitur, & abstinentia cupiditati contraria, coniugata sunt, quae uim praebent argumento. Comparata igitur sunt duo



uel plura, quæ conferuntur in uno tertio, quod eis sit  
cōmune. Ut, Catoni licuit sequi bellū ciuile, ergo  
et Cicerōi licebit sequi. Coīe est ambobus, sequi bellū  
ciuile. Hæc uel paria sunt inter se, uel unū maius alio,  
aliud minus. Vnde tripliciter ducitur argumentū.

A pari. Ut in prædicto exēplo. A maiori. Ut Hānibal non potuit capere Romā, igitur nec Gothi potuerunt.  
A minori, Pallas ulcisci potuit inimicos, igitur et Iuno poterit. Illud obseruādū est, id quod unū et cōmune in cōparatione dicimus esse, nōnunquā diduci ornandi causa. Ut apud poētam Iuno:

Pallāsne exurere classē

Argiuūm, atq; ipsos potuit submergere Ponto,

Vnius obnoxiam &c. Deinde altera pars:

Ast ego quæ diuūm incedo regina. Iouisq;

Et soror & coniunx una cum gente tot annos

Bella gero: &c.

Diducitur id quod est ulcisci inimicos, in Aiace & Troianos, alterius minuēdi, alterius augendi causa. Videtur tamen hoc pacto fieri duplicata argumētatio, quā licet ita exponere: Pallas potuit, igitur & Iuno poterit. Deinde, Pallas potuit ob unius noxā, ergo Iuno poterit ob totius gentis odium. Quorum alterum est à pari, alterum à minori.

S I M I L I A.

Simis

**S**imilia sunt, quæ conferuntur in singulis, quorū  
 quemadmodum hoc in isto, sic illud sese habeat  
 in illo. Vt quemadmodū uascula oris angusti superflu-  
 sam humoris copiā respuūt, sensim aut instillantibus  
 replentur: sic tenera puerorum ingenia grandia non  
 percipiūt, modica & uiribus suis apta cōmodius ad-  
 discunt. Valet similitudo non tam ad probandam  
 conuincendamq; rem, quàm docendū et illustrandū.  
 Itaq; egregiè illa apud Lucanum pro argumento est  
 posita: *Cæsaris an cursus uestræ sentire putatis,  
 Damnum posse fugæ? ueluti si cuncta mimentur  
 Flumina, quos miscent, pelago subducere fontes.  
 Non magis ablatis unquam descenderet equor,  
 Quàm nunc crescit aquis. Nam id ipsum si in ar-  
 gumenti formam collegeris, uim suam amittet, ac pla-  
 nè frigidum erit. Vt si dicas: Flumina subducta mari  
 non minuent ipsum, ergo nec uos deserentes Cæsare  
 cursum rerum suarum retinebitis. Tota similitu-  
 do extra rem est, cui illustrandæ adhibetur. Vnde  
 & difficilius inuenitur. Extra Cæsarem enim est ma-  
 re, & extra milites flumina. Item incrementa ma-  
 ris & decrementa, in quibus fit collatio. Quapro-  
 pter acri iudicio sumendum est id, quod alteri colla-  
 turi sumus. Ac primum quidem spectanda rei natu-  
 ra, quā simili aliquo aperire uolumus, quid & quale  
 C V sit is*

fit ipsum. Deinde querendum aliquid, quod aptum sit ei, & nostræ intentioni conueniens: ut planè & commode illustretur id, quod sumpsimus ostendendum.

Illud etiam obseruandum est, ut in docendo aperta, in laudando splendida, in uituperando pudenda, in re attollenda magnifica similitudine utamur. Contraria omnia de dissimilitudine intelligenda sunt. Non est enim aliud dissimilitudo, quàm contraria eius, quod ostendere uolumus, similitudo. Vt non sicut coena paucioribus, ita uox præceptoris, minus pluribus sufficit (Adiūxit similitudinem Fabius) sed ut sol, uniuersis idem lucis calorisq; largitur. Cæterum sumuntur tam similia quàm comparata ex antecedentibus, consequentibus, et adiunctis, quæ inter contingentia prædicta sunt: & nonnunq̄ breuius, nonnunq̄ uberius explicantur, omniumq; creberrimus usus eorum est oratoribus & poëtis.

#### REPUGNANTIA:

**R**epugnancia, est rerum per se dissidens habitudo, qua fit ut alterum dici id esse quod alterum non possit. Vt calidum & frigidū, Cato & Cicero. Per se dico, hoc est, secundum substantiā eorum. Nam calidum non repugnat frigido, quatenus ignis uel ferrum est, sed quatenus calidum est. Sic Cato  
non

non repugnat Ciceroni quatenus homo est: nam hoc  
 conueniūt inter sese: sed quatenus hic homo est, qui  
 Cato esse non potest. Eodem modo infantem esse, nō  
 repugnat Ciceroni quatenus Cicero est, sed quate-  
 nus facundus & eloquens est. Ergo & calidum de  
 ferro, quatenus ferrū est dici potest: quatenus frigi-  
 dum est, non potest. Et infantē esse, de Cicerone qua-  
 tenus Cicero, hoc est, hic homo est, dici potest, qua-  
 tenus eloquens est, non potest. Repugnantium  
 due sunt species, opposita & diuersa. Opposita  
 sunt, quæ repugnant unū uni sic, ut neq; alterum de  
 altero, neq; ambo de tertio dici possint. Horū secun-  
 dum Aristotelem quatuor sunt species, ad aliquid, cō-  
 traria, secundū habitū et priuationē pugnātia, et cō-  
 tradicentia. Ad aliquid (quæ et relata uocātur) sunt,  
 quæ secundum hoc ipsum quod sunt aliorū dicūtur.  
 hoc est, quæ cū inter se pugnēt, id ipsum quod alterū  
 est accipit ab altero. Vt seruus domini est seruus,  
 et dominus serui dominus. Sic pater et filius, uxor et  
 maritus, duplū et dimidiū, totū et pars. Nec obstat  
 si multi existant unus patris filij, quo minus unū unū  
 opponatur. Nam hi oēs una cōmuni ratiōe ad patrē  
 referūtur. Contraria, sunt repugnātia, quorū utrū  
 que potest simul existere, & alterū sine altero esse.  
 Vt calidum, & frigidum, bonū et malū, album et nigrū,



grum, curuum & rectum. Nam in contradictione et priuatione alterū cum altero esse non potest, et in relatione ut utrumq; simul sit oportet. Quare differūt hoc pacto cōtraria à tribus reliquis speciebus. Secun-  
dū habitū et priuationem opponuntur, quorū unū est despoliatio alterius, in subiecto quod ipsum natū est habere. Ut uisus & cæcitas in animali. Nam animal natū est ut uideat. Lapidē uero uel arborem si quis cæcā dixerit, tam re q̄ nomīe erret: quia neutrū istorū natū est uidere. Eadē forma mutū loquenti opponitur, claudū recto, demens sano, mortuū uiuo, et cetera infinita. Cōtradictoria sunt, quorū uno negatur id ipsum quod altero est affirmatū. Ut sedere non sedere, currere non currere. Id ipsum dico, quia in diuersis non fit cōtradictio. Ut si dicas, aliquis homo currit, et aliquis homo nō currit. Hæc quia alterū de Cato-  
ne, alterū de Cicerone intelligi potest, fit ut simul uera sint. Quod in cōtradictentibus fieri non potest. Contradictoria enim hac lege inter se cōstant, ut neq; ambo uera de eodem, neq; falsa dici possint: sed si alterum uerū sit, necesse sit alterū falsum esse, et è conuerso. Diuersa sunt, quæ non certo ductu unū unī opponuntur, sed satis est substantijs inter se dimota esse. Ut Cicero et Cato, Itē Cato, Scipio, Cæsar, Antōius: &c. Possunt enim diuersa inter plura esse, opposita  
autem



autem non nisi inter duo. Vt calido frigidum opponitur: sed differt à sicco, duro, humido, plano, aspero, molli, &c. quæ sunt infinita.

Porro diuersorū non est eadem forma, sed alia numero differūt ab alijs, ut singuli inter se homines, singuli equi, singuli leones. Alia specie. Vt homo & equus, bos, leo, asinus. Alia genere. Vt homo & arbor, planta & animal. Alia prædicamentis, hoc est, totis generum ordinibus. Vt homo & candor, animal & domus. In quibus obseruandum est, quod quæcumque prædicamentis differunt, & genere inter se, & specie, & numero differre. At contra quæcumque singula sunt, hoc est numero eadem, ea & specie, & genere, & prædicamento inter se eadem esse. Vnū numero dicimus, nō quod accidente, sed quod substantia est unum. Vt Cicero per se sumptus substantia unum est: at Cicero eloquens, substantia duo, accidente unum. Inest enim Ciceroni eloquentia, & ab ea eloquens nominatur.

Perturbauerit fortassis aliquem, quod patrem et filium, dominum & seruum, uxorem & maritum supra inter connexa, etiam hic inter opposita numerauimus. Quocirca diligenter obseruandū est id, quod supra etiam inter contingentia admonuimus, sicut locorum omnium, ita & repugnantium differentiam,

non à rerum, quam per se obtinent, natura, sed ab habitudine earum, quam sumunt inter se comparatæ, accipiendâ esse. Etenim pater & filius agendi ac patiendi modo inter se collata, opposita sunt: substantiarum collatione, diuersa. Secundum accidens uero, hoc est, quatenus unum accidit alteri, nempe patrem filium, dominum seruum esse, contingentia fiunt. At quatenus se aspiciunt inuicem, & unum nomen accipit ab altero, connexa uocantur. Sic igitur calor frigori opponitur, differt à sicco, coniugatum est calidi, adiacens ignis, species qualitatis, contingens humoris, effectus solis, caussa soluendæ niuis, et cætera quæ eodem modo ex comparatione sunt accipiendâ.

Illud in fine adiiciendû est, cæteros locos omnes ad probandam rem directo adhiberi, repugnantia non nisi ex diuerso adferri. Altero enim eorum posito, alterum tollendum est: & altero sublato, alterum affirmadum. Vt si dicas, iste pater est, sequitur ergo filium non esse: & filius est, certum est igitur patrem non esse. Sic, cæcus est, non ergo uidet: & contra, uis det, non est igitur cæcus. Complectimur tamen nonnunquam hinc inde repugnantia & directo probamus. Vt si lucrum est habere, damnum est perdere: & si utile est possidere, inutile est amittere.

# LIBER <sup>47</sup>

SECUNDVS DE VSV

locorum & paranda  
facultate.



EXPLICATIS LOCIS  
consequens est ut de usu eorum  
ac facultate dicamus. Ergo  
facultas differendi tribus rebus  
constat, materia, instrumento et  
tractatu. Materia, est res de qua

differitur. Instrumentum, oratio, qua quod dictū de  
re esse uolumus, explicamus. Tractatus, parandi hęc  
eadem & aptandi modus. Sed priusquam singula  
exequamur, pauca de arte, et officio, et fine artis di-  
cenda sunt. Ita enim apertior eorum fiet intellectus.

Artem differendi et numero artium contineri, et  
officio perutilem esse, nemo ferè est qui ignoret: cum  
& certam inueniendi ac iudicandi formam tradat,  
& ueri falsiq; comprehendendi dux sit, ac magistra.  
Nec obstat, quòd nonnunquam ipse capitur dialecti-  
cus. E. minum enim istud, non artis uitium est. Quo  
si perfecte teneretur, cōtra quamlibet captionis fran-  
dem facile tutos præstaret.

Officium differendi est, probabiliter de qualibet  
re, que deducitur in orationem, dicere. Nam cū ar-

tes aliæ ad naturam, aliæ ad mores, aliæ ad dicendæ rationem pertineant, sintq; tria in omni perfecta oratione præstada, ut percipi possit is, qui dicit, ut cupide audiat cui dicitur, & ut probabile sit ac credatur id, quod dicitur, ad postremum certe artium generus dialectice pertinet. Cumq; tres eius partes sint propositæ, dubium non est, quin cum primam grammaticæ, secundam rhetorice sibi uendicet, tertia huius officio relinquatur. Est enim grammaticæ, aperte & emendate loquendi forma. Rhetorice ornatum omnem & illecebras orationis captat. Tertium dialectices ita est proprium, ut cura eius & officio omnino certitudo & probabilitas orationis conficiatur. Ac probabile quidem hoc loco uocamus, non solum quod omnibus, uel plurimis, uel sapientibus hisq; uel omnibus uel plurimis, uel spectatis probatisq; uidetur (quæadmodum definit Aristoteles) sed quod apte cõsentaneæque ad fidem de re proposita quomodo cunq; dici potest: etiam si per se ipsa res incredibilis sit, nec conditione & natura sua fidem admittat. Quomodo multa à POETIS & mythicis scriptoribus de fabularum commentis tradita sunt: falsa illa quidem et incredibilia, sed probabiliter tamẽ (ut nos accipimus) hoc est, apte ad fidem, quatenus queque res capax esse potuit.



Finis dialectices est docere, hoc est, probabiliter de qualibet re dicere, sicut modo est dictum. Nam ut ex officio finis, ita e converso, ex fine officium perspicitur. Docetur autem ex dialectices officio, non quæ admodum grammaticus docet, aperte & emendate loquendo, sed fidem faciendo rerum dispositione & ordine. Quocirca attendendum est, uim omnem docendi in perspicuitate sitam esse, & perspicuitatem aliã in uerbis, aliam in rebus consistere. Verborum ergo perspicuitas grãmatici et rhetoris est propria, quorum alter usu & proprietate loquendi, alter ornatum & figuris eandem consecratur. Sed rerum perspicuitas duplex est, partim in ipsis rebus, quatenus magis uel minus cognitiõni nostræ sunt expositæ. Partim in oratione ac rerum tractatu sita. Quæ in ipsis est rebus, separatur ab oratione: utpote quæ extrinsecus ad eam adfertur. Quæ uero in tractatu earum, hoc est, ordine ac dispositione rerum est posita, ea propria est nostri instituti. Iungendis enim ac disponendis in oratione rebus constat. Eiusq; in dicendo ea uis est, ut cum rite præstata fuerit, ita mentem occupet, ut fidem etiam ab inuito extorqueat. Ergo finis dialectices est, probabiliter dicere. Officium, omnia adhibere, quæ ad probabilem orationem pertinent. Ars ipsa, ratio probabiliter de re qualibet pro-



posita differendi, prout natura cuiusq; capax esse poterit. Hoc est ars inueniendi quæ fidei faciendæ apta sint: & inuenta disponendi, atq; ut ad docendū quàm accommodatissima sunt, ordinandi. Cum apta inuenienda esse dico, iudicandi partem intelligo. Nā perinde est non inuenire, atque adhibere ea quæ instituto nostro accommodata non sint.

Illud ignorandum non est, inuentionem quam docendi officio subijcimus, ad mouendi pariter & delectandi rationem pertinere. Iuncta enim sunt ista, quantum ad rerum excogitationem pertinet: nec minus qui mouet, & delectat suā inuentionem, q̄ qui docet, habet. Finibus tamen inter se & opere distinguuntur. Nam docere, est rem ex ignota notioerem facere. Mouere pacatam tranquillamque mentem affectibus perturbare. Delectare uero, tale aliquid adhibere, cuius sensu ac perceptione gaudeat is, quē percipit. Ergo ducuntur ex eisdem locis affectus e quibus argumenta, & in dicendo pariter argumentatione tractantur. Sed hoc interest, quod simplex & quieta est argumentatio, quæ soli & puræ fidei faciendæ destinatur, densa ferè & concitata, quæ affectus colliguntur. Ut Cicero in peroratione pro Milone, sicut ab attributis personæ affectus ducit, ita eosdem tractat uehementissimo genere orationis. Po  
scit

scit enim misericordiã à iudicibus, et quod uir fortissimus sit Milo, et quod nec animũ in periculo, nec uultũ, nec orationem mutet. Quæ sanè argumẽta sunt ab adiacentibus, hoc est, ab animi habitu & constantia Milonis. Colligũtur hæc ipsa à minori, et argumẽtatio oratorio more instituitur. Si gladiatorũ, inquit, qui se fortiter periculo offerũt, miseremur: quãto magis fortissimi uiri in periculo misereri conuenit. Deinde alia & alia proferuntur eiusdem generis: quòd benemeritus sit Milo erga omnes ordines, quòd bonos defenderit: quòd uitã suã pro republica, pro bonorũ salute in discrimen dederit: quòd sibi adiumentum fuerit in reditu suo: quòd omnium de illo egregia fiet opinio, quòd idem cum tali animo præditus sit, oĩa ex uirtute æstimet, nec aliud recte factorum præmiũ ducat, quàm ipsa recte facta. Inseriturq; iam collo illustris gloriæ amplificatio ad augendam tantũ animi æstimationem. Quæ omnia argumenta sunt tum ex antea facta uita personæ, tum à fortuna & animo, ostendentia indignum esse tali casu Milonem, sed misericordia subleuandum à iudicibus & conseruandum. Delectatio minus habet inuentiosnis. Quia non tam in oratione, quàm in dicentis ingenio et audiẽtis animo est posita. Vnde nec ulli orationi finis esse potest. Me enim (ut inquit Cicero) mea,

te tua delectant, nec est qui ullam hac in re certam formam præscribere possit. Sunt tamen ad delectandum alia in dicendo alijs aptiora. Quare si qua inuētio erit, hac parte non discernetur à docēdi officio, sicut & de mouendi ratione modo dictum est. Eritq; sicut rerum natura eadem apud omnes, ita inuentio earundem in dicendi opere indiscreta & cōmunis. Sed de mouendi & delectandi ratione inferius, nunc ad institutum reuertamur.

DE MATERIA DIALECTICES,  
 QUAE EST QVAESTIO.

**D**iximus facultatem differendi tribus rebus cōstare, materia, instrumento & tractatu. Materia ergo (quod ad institutū pertinet) cum uarie dicatur, hic rem significat, de qua ordine, et apte ad fidem dici potest. Qualia ferè sunt cuncta, quæ ambitu naturæ continentur. Ea proprie quæstio uocatur. Nam quæstio est in quam proprie explicatur facultas dialecticæ: & cum certa oratione non egeant, ea sola, quia incerta proponit, differendi muneris est capax. Differit autem de hac dialectice, non quod rerum notitiam eius tradat, quod singularum artium est proprium, sed quod formam & ordinem explicandæ eius accommodet. Ea enim instrumentum tractandarum artium, ac aliquam uiam docendi discē-

diq; præscribit. Vt qui nihil ex nihilo gigni multorū  
 experimentis probat, is sicut quæstionem, ita & ar-  
 gumetandi materiam à physico accipit. Ordinem  
 uero & formā probandi, qua id quod propositū est,  
 ex multis similibus colligit, à dialectico mutuatur. Est  
 igitur quæstio dialectices materia, quatenus inuentio  
 ni & iudicio rerū dicendarū subiecta est, non quate-  
 nus rationibus earundem explicatur. Ergo de specie  
 bus huius primū, deinde de inuentiōe, postremo de  
 diuisione & propagatione eius est dicendum.

QVÆSTIO QUID, ET QVOTV-  
 PLEX EIVS DIVISIO.

**Q**uæstio, est cum interrogatione elata orā-  
 tio, ad quam esse uel non esse responderi po-  
 test. Vt, An mundus sit æternus, An Clodius à Milo-  
 ne iure sit occisus. Diuisio eius trifariam sumitur,  
 à rebus de quibus quæritur, à modo quærendi, & ab  
 artium ad quas pertinent diuersitate.

A rebus subiectis alia quæstio simplex est, alia cō-  
 posita. Simplex est, quæ unum quærit de uno. Vt sit  
 ne mundus æternus, sit ne anima immortalis.

Composita, quæ plura de pluribus. Vt, sit ne mun-  
 dus æternus, atq; idē ex indiuiduis corpusculis com-  
 positus. Simplicis tres sunt species. Prima quærit,  
 an sit res. Vt an sint dii, an sint antipodes.



Item an fuerit diluuium, an futurus extremus sit dies. Nam præteritum & futurum tempus complexitur, omniumq; prima est, quæ ulla de re quæri potest. Secunda querit an res sit illud. Vt, an Deus sit spiritus per omnia infusus: an homo sit animal, an capax sit disciplinæ. Tertia, quomodo hoc sit illud, hoc est, quomodo hoc de illo dicatur. Quod est quadruplex. Nam quorumcunque alterum de altero dicitur, aut sunt definitio & definitum, aut genus & species, aut proprium & subiectum, aut accidens et subiectum. Ex quo totidem emergunt questionum species. Prima, an hoc definitio sit illius, uel illud huius definitum. Nam eodem pertinent & simul explicatur ista. Secunda, an hoc sit genus illius: cui è diuerso respondet, an illud huius species. Tertia, an sit proprium eius.

Quarta an accidens: quibus iterum respondet, an illud huius subiectum. Ergo in summa sex sunt questionum species: An sit, an sit illud, an sit genus, an definitio, an proprium, an accidens. Quarum ordo ad exactam perquisitionem rei ita est necessarius, ut nulla res commode & perfecte explicari queat, nisi fuerit obseruatus. Nam primum omnium quod ulla de re queritur, & sine quo nihil reliquorum de ea dici potest, est: An sit res. Deinde, quid sit, hoc est, sit



est, sit ne illud Vt sit ne homo animal rationale, sit ne capax disciplinæ. Sed quia hoc certum fieri non potest nisi rite ac proprie ad id quod interrogatur, responsum sit, tertia etiã questione opus est. Non enim sufficit uerum esse quod ad propositam questionem respondetur, sed ad certam legem uerum esse oportet. Vt si quæras, quid sit homo, & iustum, aut piuum, aut disciplinæ capacem esse, respondeas: uere quidem, sed non recte responsum esse ipsa questio cogit, quæ non de qualitate, sed de substantia hominis quærit. Iustitia enim et pietas, et quod est disciplinæ capacem esse, qualitates sunt hominis, non substantia, nec partes substantiales. Ergo ad tollendã hanc ambiguitatẽ, tertia questione opus est, quomodo hoc sit illud, hoc est, sit ne definitio eius quod queritur, sit ne genus, sit ne proprium, an accidens.

Quorum priora duo ad substantiam explicandam, posteriora ad qualitatem pertinent. Substantiam uoco in proposito, essentiam rei, quæ generis differentie notione, hoc est, definitione constat. Qualitatẽ, quicquid substantia non est, ut etiam quantitas et relatio sub ea comprehendantur.

Rhetores omnem dicendi materiam ad hæc tria capita redigunt, an sit, quid sit, quale sit. Quorũ primum coniecturam uocant, secundũ definitionem, ter-

tium qualitatem. Sed in his quod facti questionem ad caput, an sit referunt, non satis exacta ratione id facere uidentur. Quia factum, etsi in iudicijs primū est, de quo queritur, ad qualitatem tamen pertinere est manifestum. Sic nomen non ad quid sit, ut illi putant, sed ad qualitatem haud dubie refertur. An sit enim questio, de simplici existentia rei: quid sit, de substantia: quale sit, de ijs quæ extra substantiam sunt, percunctatur.

Composita questio, aut copulata est, aut disiuncta. Copulata, quoties duæ pluresue simplices coniunctione copulatiua iunguntur. Vt an uirtus sit summum bonum, & anima an sit immortalis.

Disiuncta, cum simplices disiunctiua coniunctione conseruntur. Vt sit ne mundus æternus, uel an quædam sit igni periturus. Diuersa in his est pronūciandi ratio. Nā copulata uera non est, nisi ambæ omnēsue partes eius sint ueræ. Disiunctiua autē uera pronūciari potest si modo una pars eius sit uera.

#### QVAESTIO PRAEDICATIVA ET CONDITIONALIS.

**A** Modo querendi, alia questio prædicatiua est, alia conditionalis. Hanc Græci ὑποθετικὴν, illam κατηγορικὴν uocant. Prædicatiua est, qua ad seue ranter querimus. Vt an administranda sit respublica. ca. Cono

ca. *Conditionalis, qua quærimus cum conditione. Ut an administranda sit respublica, si prouidentia mundus non regatur. Vtraque porro in simplicem et compositam diuidi potest. Et simplex in tres species. Sicut iam dudum est demonstratum. Sed in prædicatiua uerum & falsum ex eius quod queritur natura pronuntiatur. In conditionali, ex conditione & uinculo, quo partes eius coherent. Ita fit, ut prædicatiua, nisi partes inuicem consentiant, uera esse non possit. Ut, an homo sit animal, uerum nisi animal conueniat homini, pronūciari non potest. Conditionalis autem, & tota sine partibus uera, (nimirū ex conditione) & partes sine tota uera pronūciari possunt. Ut si bos alas haberet, utique uolaret. Tota uera est, partes false. At ista, si bos animal est, cornua habet. Tota falsa est, partes uerae. Nam nō quia bos animal est, sed quia bos est, cornua habet. Ex conditione igitur, tota falsa, partes uerae. Quia & bos animal est, & cornua habet: si simpliciter ista, et sine conditione proferantur.*

Rhetores questionem omnem in *θεσις* & *ἀποθεσις* diuidunt, hoc est, in propositum (ut ipsi uocant) & controuersiam, siue causam. Propositum, est infinita quæstio, siue generalis, extra circumstantias posita. Ut an ducenda sit uxor. Controuersia, finita,

& specialis, cum temporum, personarum, locorum,  
 & aliarum rerum comprehensione. Ut an Catoni  
 ducenda sit uxor. Sed nobis ista ad prædictas speci-  
 es rediguntur. Propositum enim si ad iudicium reuo-  
 ces, prædicatiua est quæstio: controuersia, conditio-  
 nalis, non forma quidem, quod re manifestum est: sed  
 natura & quærendi potestate. Si quærat<sup>r</sup> enim an  
 Catoni ducenda sit uxor, nihil præter simplex pro-  
 positum habeas, an scilicet cuiquam homini ducen-  
 da sit uxor, quod satis firmiter respondeas, nisi ad  
 personæ circumstantiam animum intendas, hoc est,  
 qui et qualis uir sit Cato. Nēpe Stoicus philosophus,  
 ciuis Romanus, senator, homo grauis & seuerus, &  
 cætera quæ de eo dici possunt. Quibus sanè aniad-  
 uersis, aperit se iam uera quæstio, de qua certa cū ra-  
 tione & constanter pronūciari queat. Ut, an si tas-  
 lis sit Cato, qualis modo descriptus est, ei ducēda sit  
 uxor. Quæ aperte est condicionalis. Sic cū quæ-  
 ritur, An Clodius iure sit occisus, nihil constanter de  
 eo iudicare possis, nisi constet insidiatorem fuisse. Ut  
 sit aperta quæstio, An Clodius, si insidias fecerit Mi-  
 loni, iure sit occisus. Controuersia igitur in differen-  
 do ualet tacita cōditionali, sed breuitatis causa sine  
 conditionale enunciatur, quomodo multa compendio  
 dicendi ad intellectum referuntur.

Præter



Præter has sunt & aliæ ex modo querendi quæ-  
 sionum species, quas uulgo de inesse et modales, nos  
 puras & impuras uocamus. Pura quæstio est, qua  
 pure & absolute de re queritur. Ut sit re anima  
 immortalis. Impura siue modalis, qua non de re sim-  
 pliciter, sed de certa lege existendi queritur. Ut pos-  
 sit ne anima esse immortalis? possit ne mundus inte-  
 rire? Nam modi sunt quatuor, possibile, impossibile,  
 necessarium, contingens, qui formam quandam &  
 certam existendi legem rebus adferunt. In his  
 igitur non minus quam in cæteris diuersa est pro-  
 nunciandi ratio. Nam uel ex modo tantum, si præ-  
 dicatiue sint: uel, si sint conditionales, ex modo et cõ-  
 ditione iudicantur. Vtriusque enim speciei fieri  
 possunt, multumq; refert ad consecutionem interro-  
 gationis, an ad id quod interrogatur ex conditione,  
 modus apponatur. Ut, an si anima à se ipsa mouea-  
 tur, necesse sit eam immortalcm esse? Et ad consecua-  
 tionem interrogationis. An si necesse sit animam à  
 seipsa moueri, ob id sit immortalis? Prior uera est,  
 posterior falsa, q̄a nugatoria. Nõ enim quia necesse  
 est animã à se ipsa moueri, immortalis est, sed quia  
 à se ipsa mouetur.

QVÆSTIO COGNITIVA,  
 ACTIVA, ET MEDIA

AB ara

**A**B artium diuersitate quæstio alia cognitua est, alia actiua, alia media. Cognitua est, quæ solum cognitionis finem spectat. Quales sunt mathematicæ & physicae quæstiones, ex quibus solæ rerum cognitio petitur. Actiua, quæ ad eas res accommodatur, quæ actioni arbitrioque nostro sunt addictæ. Sed hæc partim morales sunt, quarum explicatione animus ad uirtutem dirigitur. Partim operariæ, quarum inquisitio ad eas res ualet, quæ corporis necessitatibus subueniunt. Media est, quæ utrunque & cognitionis, & actionis finem complectitur. Quales sunt quæ logicæ, hoc est, rationali scientiæ subiacent. Quarum cognitio ut seipsa contenta esse potest, ita in usum traducta differendi operi conducit.

DE INVENIENDA  
QUÆSTIONE.

**O**Mni differenti quæstio est proposita, non ijs tantum qui de rebus ambiguis disputant, aut artes ac disciplinas tradunt, sed illis etiam qui historiam, uel poemata texunt. Si enim quæras quomodo pugnatum sit cum Iugurtha, aut quomodo Catilinae coniuratio oppressa, nihil melius respondeas, quam quæ his de rebus à Salustio sunt tradita. Verum ea plerumque latet, nec prima se fronte aperit. Quapropter

pter inuenienda est, atque in differendo tota uis me-  
tis intuenda, ut argumenta ad eam & probationes  
rite accommodentur.

Omnis igitur oratio, aut aduersarium habet, &  
in certamine duorum est posita, aut unius est partis,  
& obsequentem habet auditorem. Quæ in certami-  
ne est posita, semper uel apertam habet questionem:  
uel si non habet, aduersarius expeditissimam inueni-  
endæ eius uiam dabit. Quia semper petitur aliquid  
ab altero, cui alter contradicit. Itaque in quo cons-  
ueniunt, quæstio non est: in quo consistunt et consis-  
gunt inuicem, ita ut alter alterum progredi longius  
non patiatur, quæstio emergit. Et hæc quidē in scho-  
lasticis certaminibus obscura esse non potest. Quia  
exponitur ferè inter partes, & certum statuitur id,  
de quo disputatur. In ciuilibus uero causis non item.  
Nam ut quæstio sine causa, quæ caput est certami-  
nis, aperta sit, (nemo enim ignorat quid petat ab as-  
silio, & qua lege reum faciat) status tamen causæ, hoc  
est, ea quæstio, in qua cardo rei uertitur, obscura ple-  
runque est, nec nisi acri iudicio eruitur. Status enim  
est id, quo probato aut confutato de summa negocij  
in hanc uel illam partem pronunciarı oportet. Ergo  
cum magna huius uis sit, nec quæstio ferè ulla nisi ex-  
plicato eo intelligi possit, diligenter inquirendus est,

Et ex contradictione aduersarij, sicut modo dixi-  
 mus, hunc in modum comprehendendus. In Plancij  
 caussa Laterensis ait: ambitu adsecutus est Plancius  
 ædilitatem, Plancius negat. Quæstio est principas  
 lis caussæ: An adsecutus sit Plancius ambitu ædilitas  
 tem? qua petitur ut puniatur Plancius, ac de eo iudi-  
 ces pronunciare oportebit. At non potest hoc ex  
 se probari, quod propositum est. Dicit ergo La-  
 terensis: Dignitate enim à me superabatur. Quod si  
 det Plancius, uidendum est, an idcirco necesse sit is  
 ipsum ambitu superiorem fuisse. Quod si est, hic erit  
 status ex quo tota pendebat quæstio: Fuerit ne digni-  
 tate Laterensis superior Plancio. Sin uero poterit  
 Plancius cedere dignitati Laterensis, et nihilominus  
 ædilitatem adsequi, non erit hic status, sed dicet: Nō  
 utique si Laterensis dignitate me superauit, idcirco  
 ego ambitu illum uici in petitione, sed alijs etiam re-  
 bus mouetur populus in honoribus committendis: nō  
 pro studio et diligentia candidatorū, amicorum pre-  
 cibus, et officiorum commendatione. Ergo iam ab eo  
 Plancij contradictione, et huc delata: An his rebus  
 soleat moueri populus, et an Plancius istis rebus su-  
 perior fuerit: sitq; hic status quæstionis. Sic in caussa  
 Milonis: Lege Cornelia teneris Milo. Non tencor...



Quæstio, an teneatur. Occidisti enim Clodium. Occidisti, sed insidiatorem. Non fuit insidiator. Fuit. Status: An fuerit insidiator. Ita ex mutua contradictione, hoc est, ex intentione & depulsione litigantium nascitur status, qui in syllogismi formam una cum firmamento causæ collatus, summam probationis conficit, hoc modo: Omnis insidiator iure occiditur, Clodius fuit insidiator, Igitur Clodius iure est occisus. Possunt tamē sicut eodem iudicio plures peragi quæstiones, ita unius quæstionis plures esse status. Ut in causa Cluentij, nec iudicium à Cluentio corruptū esse, nec si sit, idcirco tamen lege corrupti iudicij illud teneri. Etenim si plura unius quæstionis obtinentur firmamenta esse possunt, nihil uetat totidem ea iusdem esse & status.

Porro autem quæ unius partis est oratio, & obsequentem habet auditorem, minus apertam præbet quæstionem, sed magis occultat. Proinde maiori intentione inuenienda est, & quoad fieri potest in aspectum proferenda. Inuenietur igitur expeditissime harum trium rerum cōsideratione, personarum, rei, & conatus. Personæ sunt, inter quas agitur, quarum uoluntas, officium, & conditio spectatur. Res, præterita aut futura, de qua agitur. Conatus, id, quod ob hanc rem dicendo uolumus conficere. Ut in

consos

consolatione, quæ unius partis est oratio, personæ sunt coniunctæ, uel aliâs beneuolæ. Res, iactura aliâ qua & acceptum incommodum. Conatus dicentis, studium adimendi minuendique doloris. In gratulatione, personæ item beneuolæ. Res, felicitatis alicuius accessio. Conatus ut demonstremus nos ob felicitatem amici gaudere. Item in gratiarum actione, personæ altera benefica est, altera aucta beneficio. Res, acceptum munus. Conatus, æstimatio beneficij, & significatio animi non ingrati. In his igitur si iungas conatum cum re ex personarum qualitate, questionem habebis. Ut sit ne huic dolendum huius uel alterius rei iactura. In gratulatione: Afficiamur ne gaudio ob amici felicitatem. In gratiarum actione: Simul ne grati huic ob acceptum beneficium. In quibus etiam quidem personarum qualitas diligenter attendenda est, siue una numero & singularis sit persona, siue (quod sæpe accidit) una multorum uice substituta.

DE DIVIDENDA ET PROPAGANDA  
 quæstione una in plures.

**Q**uestio ubi constituta est, ut explicari commode ac probari possit, in plures spargenda est quæstiones. Quæ quàm apte cohæreant propositæ & quatenus ei seruiant, ita commodissime iudicabitur, si quomodo ductæ sint ex illa, & quàm proprie

eam contingant, intelligatur. Diducitur ergo una in plures, uel trahendo eas ex uerbis primæ, uel ex ijs quæ uerbis continentur. Idq; cūdo per singula questionum genera, quæ supra descripta sunt: tū per singulas institutæ questionis partes. Ex uerbis, ut qui querit: An recte Cato Martiã tradiderit Hortensio, quæstio est secūdi generis ex prædicta eorū descriptione, An hoc sit illud. Valet enim, an traditio Martiæ sit recta. Præcedit ergo, an est quæstio, quam per oīa uerba illius, si opus fuerit, ducere poterimus. Ut an fuerit Cato, an fuerit Martia, an fuerit Hortensius. Nam ex uerbo tradendi quæstio, an sit, formari nō potest. Quia ubicūq; ponatur quæstio, nō existētia, sed, an hoc sit illud, facit: hoc est, an sit traditio facta, uel, an qd quisq; tradiderit, quod idem ualet. Explicato hoc genere quæstiois, proximū est, ut partes propositæ quæstiois cōiungamus (sicut prædictū est) tū singulas inuicem, tū plures, tum uniuersas. Ut, an Cato Martiã tradiderit, An Cato Martiã Hortensio tradiderit. Itē, an Cato Martiã Hortensio recte tradiderit. Quæ iam principalis quæstio est, quæ proposita fuerat: quāq; ceteræ ex uerbis oēs antecedūt. Ex his autē quæ cōtinentur uerbis bifariã fit diuisio. Aut enim necessario cōtinentur, aut ex conditione quadã. Necessario, sicut genus specie, pars toto, aut quod alioqui certū est inesse uerbis. Ut in Catōe homo tanq; genus cōtinetur. In tradēdi uerbo, habuisse, dimisisse, contulisse alteri. In Martia, quæ hoc loco atonis uxor Caccipitur, commune uxoris nomē.

In Hortensio, homo, sicut in Catone. Particula, recte, quia à tradendi uerbo non separatur, sed modum ac habitum eius indicat, ad substantiam quoque eius refertur. Vnde ex ea, an recte habuerit, recte dimiserit, recte alteri concesserit, quaeretur. Erit igitur ex his quæ uerbis continentur, prima questio ex genere ducta, An quisquam recte uxorem suam tradiderit alteri. Cui adhuc insunt, an quisquam habuerit uxorem, an habuerit recte, an dimiserit, an recte dimiserit, an tradiderit. Postquam rursus sequitur summa illa, an recte tradiderit. Dehinc paulatim pro generibus subijciuntur species, & pro, an quisquam, An Cato dicemus. Rursusq; omnia sicut in superiori ordine per genera & partes ducentur. Ut, an Cato habuerit uxorem, An Cato habuerit recte etc. Deinde pro uxore Martiam ponemus, pro altero homine Hortensium. Postquam iterum sequitur prima questio, An Cato recte Martiam tradiderit Hortensio. Ex conditione autem insunt uerbis, quæ ex circumstantiis pendunt, hoc est, quæ propositam questionem à thesi ad hypothesein uertunt. De quibus supra in diuisione questionis est dictum. Ut Cato pro hoc homine, exclusis circumstantiis, thesim facit. Nec interest quaerere Cato ne, an homo fecerit, dum nuda substantia Catonis intelligatur. At circumdatiis iis, quibus proprie Cato dicitur, quæque substantiæ eius intrinsecus accedunt, fit hypothesis. Ut an Cato recte tradiderit Martiam Hortensio, hoc est, an Cato Stoicus philosophus, ciuis Romanus, senator, homo spectatæ seueritatis



veritatis, Martiam sceminam nobilem, bene moratã,  
 opulentam, forma & pudicitia conspicuam, ac trium  
 liberorum matrem,, recte tradiderit Hortensio, uiro  
 nobiliori, liberius uiuenti, consulari, opibus, gratia, fa-  
 cundia claro. Tum quam ob causam, quomodo, quo  
 tempore, quo loco tradiderit: quæ circumstantiæ sunt  
 uerbi tradendi, à quo aduerbium recte non separa-  
 tur. Atque hæc omnia ex conditione insunt, & totia-  
 dem pariunt hypotheses, hoc est, finitas quæstiones.  
 Ex conditione dico: quia de his constanter pronun-  
 ciari non potest, nisi ex conditione, hoc est, nisi in-  
 telligatur, si talis sit Cato, talis Martia, talis Horten-  
 sius, qualis descriptus est, an tum recte tradiderit.  
 Quæ iam aperte est hypothetica. Ergo quæcunque  
 contingenter insunt uerbis, de quorũ constantia & ue-  
 ritate dubitari possit, ex conditione inesse dicuntur.  
 Et ut semel dicamus, quæcunque argumenta primũ  
 nascuntur ex proposito, si adhuc dubia probandaq;  
 sunt, in quæstiones uertuntur. Fit q; ut totidem quæ-  
 stionum genera, quot argumentorum, ex prima quæ-  
 stione prouenire possint.

Illud ignorandũ non est, non semper easdem quæ-  
 stiones ex utraque parte oriri differentibus: sed ut  
 primæ amplæ angustæue fuerint, ita plures uel pauci  
 ores inde suppetere. Quocirca acere iudicium ad-  
 hibendum est, et accurate uidendum, quas prætere-  
 mus in differendo, quæ sue ex primis deductas, dispu-  
 tandas accipiamus.

68 EPITO. DIALEC. RODOL.  
 TABVLA MATERIAE DIALECTICES.  
 AN SIT.

A rebus sub  
 iectis, in tria AN SIT ILLVD.  
 capita.

Quomodo sit Generis  
 illud, quod est Definitionis  
 quadruplex Proprij  
 Accidentis

Diuiditur Prædicatiuam Thesim  
 A modo quæ sue  
 rendi, in

Conditionalem Hypothesim.

Cognitiuam.  
 Ab actibus, in Actiuam.  
 Mediam.

Quæstio  
 quæ est  
 materia  
 dialectica  
 ces.

Inuenitur in Oratiõe cõtē ex cõttradictiõe aduersarij  
 tiosa

Oratiõe uni Personis  
 us partis ex Re  
 Conatu

Multipli  
 catur ex Verbis, quæ ponuntur in ipsa.  
 Necessario

His quæ cõt  
 nentur uerbis, Ex conditione

# DE INSTRV<sup>9</sup>

## MENTO DIALECTICAE.

**I**nstrumētum dialecticæ, est oratio, per quam qui differit fidē facere conatur de eo, quod docēdum suscepit. Ea bifariā diuiditur, à structura, & ab effectu. A structura, oratio alia continēs est, alia concisa. Continēs, est quæ perpetuo ductu progreditur. Quales sunt oratorū actiones, laudatiōes & hortationes. Concisa, quæ per uices dicendi interrūpitur. Vt disputationes & alternantia scholasticorū certamina. Vtraq; ad docendum ualet, & sub dialectici officio cōprehenditur, non foro minus quàm scholis apta. Sed concisa acrior est ad urgendū aduersariū, continēs grauior. Et sicut in illa ueritatis disquisitio exactior est, ita in hac speciosior color. Ab effectu, alia oratio expositio est, alia argumentatio. Expositio (quemadmodū initio operis dictū est) est oratio, quæ solā dicentis mentē explicat, nullo, quo fides fiat, adhibito. Argumētatio, qua quis rei, de qua dicit, fidē facere conatur. Ergo inter narrationē rhetoricam & expositionem, item argumentationem & confirmationem, nulla est differentia. Nisi quod narratio & confirmatio apud rhetores partes sunt orationis, quibus certus in ea adsignatur locus: expositio et argumētatio generalia sunt nomia, quæ in quā

libet orationis partem cadere possunt. Nam sepe exponimus in confirmatione, sepe in narratione argumentamur (Tamen si hoc breuius) sepe in prooemio, sepe in peroratione. Nec ullus ferè locus est in oratione qui non tum expositione tum argumentatione tractari possit. Itaq; apud poëtam: Vrbs antiqua fuit Tyrij tenere coloni Carthago, Italiam contra, etc. *Expositio est, qua recensentur cause iræ Iunonis, non in hoc ut probetur res: quia de hoc dubium non est, sed ut sciat tantum auditor, & intellegat quas ob causas Iuno inimica fuerit Troianis. Ergo hoc ipsum si ut dubium sumatur, & probandi causa dicas: Non dubium est quin Aeneam oderit Iuno, quia à posteritate eius exitium Carthagini sua impendere uidebat, argumentatio erit. Qualis & illa, quæ mox sequitur: Me ne incepto desisteret uictam. Nec posse Italia Teucrorum auertere gentem. &c. Ergo idem expositio & argumentatio fieri potest, mutata tantum orationis figura. Quia idem & causa rei quæ per expositionem, & ratio, quæ per argumentationem explicatur, esse potest. Ut frigiditas medijs aëris et causa est cogēda pluuiæ, et si quis querat unde proueniat pluuiæ, per id ipsum ostēdi cōmode ac probari possit. Est autem causa, per quam existit res, Ratio, per quam cognoscitur.*



Illud prætereundum non est, ut si quando argumentatio in expositionem, uel econuerso incidit, ut tunc id, quod alterius fit accessio, corpori quoque eius adnumeretur.

## DE ARGUMENTATIONE ET

quod fides tam rebus quàm uerbis contingat.

**D**ixi utramque orationis speciem ad fidem pertinere. Sed ita, ut expositio quodammodo inueniat, argumentatio faciat eam. Quocirca attendendum est si dem orationi tam rebus quàm uerbis contingere. Rebus, ut cum is qui dicit reputatione earum apud animam fidem ex ipsis uelut tacita argumentatione colligit. Quod cum omni orationi est necessarium, tum maxime expositioni conuenit. Sed fit multipliciter. Primo, quando uera ac certa sunt, quæ dicuntur. Ut de Palamede in oratione Simonis apud Virg. 2. Aen. Quæ falsa sub proditiõe Pelasgi Demisere neci. etc. Secundo, quando sunt per se probabilia. Ut, sepe fugam Danaï Troia cupiere relicta Moliri, et logo fessi decedere bello. Tertio, quando alijs ueris sunt similia. Ut, Sanguine querendi reditus, animamque litædum Argolica. etc. Simile est huic: Sanguine placastis uetos et uirgine cæsa. etc. Item quod de Ulyssæ dicitur: Hinc semper Ulysses Criminibus terrere nouis. etc. Nã idem in Palamede fecerat. Quarto cum in nume

rū creduntur aliqua, nec caussa est cur falsa putentur.  
 Vt, Illi me comitē, et consanguinitate propinquū etc.

Quinto cum inseritur alijs ueris aliquid, quod ex uno in aliud uelut transitus quidā statuitur. Vt Palamedem occisum fuisse ab Vlysse, & Sinonem à Grecis relictū esse, uera sunt. Sed hoc ueluti capite fraudis iunguntur, quod Sinon consanguineus fuerit Palamedis, atq; inde periculum sibi extiterit. Ergo hoc ipsum iā inde fidē accipit, quia duo uera cōnectit, ficitq; ut alia deinceps fiant credibilia. Sexto cum personæ uel grauitas, uel affectio spectatur. Vt illud, Fas odisse uiros etc. Et, quod dij prius omen in ipsum cōuertāt etc. Spectatur odiū Sinonis in Grecos et Vlyssē. Itaq; nō ficta, sed uera uidetur imprecatio. Septimo, cum quid apte & commode ex natura sua dicitur, cuius sola estimatione colligi possit fides. Quod sanē à rerū natura & circūstantijs est petendū. His omnibus igitur modis, solis rebus in oratione fit fides, nulla uerborū opera aut differendiratione. Verbis aut fit fides quæ per argumentationē, cum rem dubiā probabili argumento colligimus. Argumentū uoco, inuentū illud, quod probandæ rei adhibetur. Rem dubiā, questionem. Iuncta enim hæc duo inuicē argumentationē efficiunt, hoc est, orationem, quæ tam rem probandā, quàm probationē complectis

plectimur. Ergo quomodo inuentū illud ex proposito ducendum sit, li. superiori ostendimus: hic, quæ instrumenti, hoc est, orationis sunt propria aperimus.

DE INDUCTIONE ET  
SYLLOGISMO.

**A**Rgumētatiōis aut̄ duæ sunt species, inductio & syllogismus. Inductio, est argumentatio, qua ex pluribus uel partibus uel speciebus, unum aut totū aut genus uniuersaliter colligitur. Genus hic uoco, quicquid aliqua ratione in plura diuiditur. Species in quas diuiditur. Ex partibus inductio fit hoc modo: Plebs Romana optime de Milone sentit, & equester ordo, et senatus. Tota ergo ciuitas optime de Milone sentit. Ex speciebus: Pōpeius habet peritiam rei militaris, habet autoritatē & felicitatē, habet ergo cūcta in summo duce spectāda. Syllogismus siue ratiōciatio, est oratio, in qua positis quibusdā, necesse est aliud præter ea quæ posita sunt, euenire. Vel, est argumentatio, in qua positarū duarū propositionū, duo termini sic iunguntur in tertio aliquo, ut necesse sit eos eodem modo inter se coniungi. Ut omnis insidiator iure occiditur, Clodius est insidiator. Ergo Clodius iure occiditur. Hic in duabus propositionibus id quod est iure occidi et Clodius, iunguntur affirmatiue in eo, quod est insidiatorem esse: iunguntur ergo

& inter se affirmatiue. Eodem modo & negatiue iungi possunt: Nullum qui fatetur à se hominem occisum, fas est uiuere, Milo fatetur à se hominem occisum. Ergo Miloni fas nō est uiuere. Vbi Milo, et fas esse uiuere, iunguntur negatiue, hoc est, disiunguntur in eo, quod est fateri à se hominem occisum esse, disiunguntur ergo itidem inter se. Varia est coniungendi ista & disiungendi forma, certa aq; lege cōprehensa, quæ syllogismorū figuris cōtinetur. Vnde exacte de ea dicere ad partem iudicandi pertinet.

Illud in præsentia suffecerit, id, quod argumentatione efficitur, conclusionē dici, ea per quæ efficitur, propositiones. Et in inductione nullum habere certū inter se ordinem propositiones, nec numerum præfixitum: in ratiocinatione definitas esse. Nam ratiocinatio duabus tantū constat propositionibus, quarum altera maior, quia plus habet uirium, siue propositio: altera minor siue adsumptio uocatur. Porro hæc conficiuntur in syllogismo ex tribus terminis, quarum unus maius extremum, alter minus, tertius medium uocatur. Maius extremum est, quod cum medio in maiore propositione iungitur. Ut in superiori syllogismo iure occidi. Minus extremum, quod in minore cum medio, ut Clodius. Medium, quod bis sumitur, & connectit extrema inuicem. Ut insidias



tor. Nam cum propositio qualibet duobus terminis constet, subiecto scilicet & predicato, si nō; ob id binis propositionibus quaterni termini necessarij, questio autē binos tantū suppeditet, ad conficiendā rationationē recte is, qui extra sumitur, bis usurpatur, ut fiat quasi uinculum argumentationis. Nam summa connexionis in hoc est, quod quia duo aliqua iunguntur, in uno tertio, hoc est, partes questionis in argumento, iungantur & inter se in conclusione.

ENTHYMEMA ET EXEMPLVM.

**P**redictæ argumentandi species perfectæ sunt. Sed præter has sunt & aliæ duæ imperfectæ, enthymema & exemplū: quarum altera ad syllogismum, altera ad inductionem redigitur. Enthymema, est imperfectus syllogismus, constans ex maiore uel minore propositione, et cōclusionē. Ex maiore. Ut insidiator iure occiditur, ergo Clodius iure occiditur. Ex minore. Ut Clodius est insidiator, ergo iure occiditur. Exemplū est imperfecta inductio, cū ex una parte, uel specie totū, uel genus uniuersaliter colligitur. Ut Romulus Remū occidit, ergo imperij consortiū nunq̄ tutū erit. Itē illud: Quid satis est, si Roma parua? Quod sic explicatur: Roma satis nō est, ergo nulla res est satis. Tametsi imperfectā inductionē hoc  
 rectius

rectius quàm exemplum uocaris. Exempli enim nomen (quod confitendum sit) non omni imperfectæ inductioni conuenit, sed ei duntaxat, quæ ex ijs sumitur, quæ ad imitandum aliquid, uel fugiendum in uita pertinet. Quemadmodū libro superiori est dictū. Ergo non omnis imperfecta inductio exemplū est, sicut nec omne exemplū imperfecta inductio.

Vt Scipio Tib. Gracchū iure occidit, ergo Cicero Catilinam iure occidet: Exemplū est à pari uel minori, neque inductio tamen, sed enthymema. Illud autem, Quid satis est si Roma parum? inductio est à pari specie, exemplum nemo proprie dixerit. At quod apud eūdem poetam est, omnisq; potestas Impatiēs consortis erit &c. quoniam subdit,

Fraterno primi maduerunt sanguine muri, et exemplum & inductionem proprie appellaris.

POTESTAS PERFECTÆ ARGUMENTATIONIS & IMPERFECTÆ.

**O**Mnis perfecta argumētatio est certa exploratæq; fidei in colligendo, si modo rite fiat, et uera sint quæ sumūtur. Nam hæc summa lex est, ex falso uerū consequi posse, at ex uero nil nisi uerū legitime effici. Si dicas enim homo asinus est, igitur et animal est. Ex falso uerū consequitur. At si dixeris, homo animal est, hoc uero posito, nō nisi uel spirare eū, uel

uel sentire, uel aliud quod item uerū sit, perfecta argumentatione inde efficere possis. Ergo perfecta argumentationis usus, ut longe efficacissimus est, ita etiam difficillimus. Nam expositis omnibus per quæ sit probatio, quid uitij errorisue subsit latere non potest. In imperfecta non item. In hac enim, quia nō omnes proferuntur partes, quæ uitia etiam subsunt minus apparent.

Utinam tamen imperfecta argumentatione sæpe loco perfecta, cū scilicet pars aliqua, quæ per se manifesta est, tuto omittitur. Nam sicut in inductione, exposita una atq; altera parte uel specie, reliquæ uultu incurrunt: ita in syllogismo sæpe maior, sæpe minor propositio per se notior est, quàm ut egeat expositione. Non ergo rhetores modo, sed & dialectici & omnes omnium artium artifices utroque genere utuntur. Et rhetores quidem in leuioribus rebus imperfectam, in magnis ferè perfectam adhibēt: nec se astringunt ad scrupulosam illam argumentandi legem, quæ à dialecticis præscribitur, sed ut amplam & copiosam orationem efficiant, dicendi ubertate cuncta obruunt, mutant ordinem propositionū: sæpe minorem ante maiorem, sæpe ediuerso locant: colligunt alia breuius, alia fusius explicant: sæpe cōplectuntur totam argumentationem unica propositione,

tione, sepe singulas partes late tendunt. Fug; ut nul-  
 la tam longa & ampla sit probatio, quæ in certa ar-  
 gumentationis formam colligi non possit. Vt tota  
 pro Milone oratio in hunc ferè syllogismum conij-  
 citur: Vim ui repellere licet, Milo uim ui depellendo  
 Clodium occidit: Ergo iure occidit. Communes enim  
 loci (quos uocant) qui & sepe expetuntur ab orato-  
 ribus, et liberius tractantur, non aliud sunt, quàm ma-  
 iores ratiocinationum propositiones. In quibus &  
 illud aduertendum est, quod non semper uniuersali-  
 ter proferuntur, ne supina uideantur & otiosa, sed  
 ut astricta rebus certius apprehendantur, et in ani-  
 mos penetrent, in particularia conuertuntur. Vt pro  
 eo, quod, omnis ueneficus est damnandus, dicendum  
 erat, Cluentium damnandum esse dicimus: & pro,  
 omne bellum suscipiendum est, in quo agitur salus so-  
 ciorum, bellum contra Carthaginenses, contra Mia-  
 thridatem est suscipiendum.

Ergo, ut ad institutum reuertamur, tam rhetores  
 quàm ceteri differentes: utraque specie argumentas-  
 tionis utimur, tametsi rhetores liberius: & perfecta  
 quidem argumentatio semper indubitata est fidei in  
 colligendo, si rite fiat, imperfecta non item. Nam cū  
 illa firma & inuiolabilis sit, si ueris constet, hæc bis  
 etiam reprehenditur. Aut enim negatur uerum esse,  
 quod



quod sumptum est: aut non consequi ex eo, quod intenditur. Vt occidisti, ergo puniendus es. Potest negari, quod occideris. Deinde ut maxime verum sit, negabis consequi. Non enim quisquis occidit hominem puniendus est: quia multi iure ac legibus occiduntur. Huic vitio quomodo succurrendum sit, hoc est, imperfecta argumentatio ad perfectam redigenda, statim dicemus, si prius de duplici argumentandi ductu dixerimus.

DVPLEX ARGVMENTO

tandi ductus.

**C**uiuslibet rei per argumentationē probandæ, vel improbandæ, hoc est, colligendæ conclusio nis, duplex est ductus, rectus & obliquus.

Rectus est, cum proposito themate recta uia colligimus id, quod intendimus. Vt, sapientem esse diuitem, id recta uia ita colligitur: Sapiens nullius rei indiget, ergo sapiens est diues. Obliquus est, cum non recta uia, sed accepto contradicente eius, quod probare uolumus, colligimus ex eo aliquid, quod falsum sit, à quo regressi docemus falsum id esse, ex quo collectū est: id quod quia cōtradicens est eius, quod probare uolumus, consequens est istud ipsum esse uerū. Vt sapiēs est diues. Si enim nō sit diues cupiet aliquid. Sed falsum est hoc: falsum ergo ex quo colligitur.

gitur: nimirū non esse diuitē sapientē. Atqui hoc con-  
 tradicens est eius quod intendimus: uerū est ergo, di-  
 uitē esse sapientē. Hi ductus per omnes species ar-  
 gumentationis duci possunt, & in utranq; partē uas-  
 lent. Sunt enim non species, sed uia quaedā colligēda  
 intētōnis, quæ uim ex eo habent, quod neq; ex uero  
 aliud, q̄ uerū effici potest, neq; duo contradicētia si-  
 mul aut uera esse possunt, aut falsa. Differūt aggre-  
 endi ratiōe, quod directus aperto Marti similior est,  
 obliquus ex insidijs aduersarium adoriri uidetur.

QUOMODO IMPERFECTAE  
 argumentationi succurratur.

**C**VM igitur ad affirmādam rem utrouis ductus  
 uera, concedatur oportet, quemadmodum supra di-  
 ctū est. Sin imperfecta, duo sunt, quæ obijci possunt.  
 Vel enim negatur uerum esse, quod sumptum est, uel  
 non consequi ex eo, quod intenditur. Si negatur con-  
 sequi, redigenda est imperfecta ad perfectam. Verbi  
 gratia: Clodius fecit insidias Miloni, ergo iure est oc-  
 cisus. Si quis neget consequi, adde maiorē propositio-  
 nem & syllogismum compleueris. Dic, omnis insidia-  
 tor iure occiditur, Clodius insidias fecit Miloni: Est  
 igitur iure occisus. Eodem modo in inductione: Pisis-  
 stratus accepto publice presidio tyrannidē inuasit,  
 ergo

ergo quisquis petit præsidium è publico tyrannidem affectat. Hoc si quis neget cõsequi, adde reliquas partes, quantum fieri potest, & dic: Idẽ Phalaris, idem C. Caesar, idem ceteri fecerũt. Sed hic quia plura deũ sunt, supple defectum generali propositione, & dic: Nec quisquam ferẽ est, qui non hoc pacto fecerit: Ergo quisquis hoc facit tyrannidem affectat. Vtile igitur fuerit tali remedio uti, si partium uel specierum copia destitutus fueris. Vel, quod tutius etiam est, diuersum ab aduersario exigere. Vt Cicero pro Cecina interrogans, quæ actio sit, si hæc non sit. Simul enim, ut inquit Fabius, omnia remouentur. Sin uero negetur uerum esse, quod sumptum est, id rursus alia argumentatione colligendum erit, eadem uia, qua cõclusionem colligi debere demonstrauius. Idq; eousq; faciendũ, donec ad certũ aliquod et confessum uentũ fuerit, quod ab aduersario negari non possit. Vt sapientem diuitẽ esse, ita probat Stoicus: Sapiens est diues, quia nullis opibus caret: nullis caret, quia habet quas uult: habet quas uult, quia nullas cupit: nullas cupit, quia bonas esse non putat: non putat, quia solã uirtutem in bonis esse iudicat. Hoc, quia summũ est apud Stoicos, & nulli non confessum, negari non potest. Sustinet igitur & confirmat totum præcedentem ordinem, qui in ipsum tanquam fundamentũ incumbit.

cūbit. Cōnexio aut̄ tota enthymematica est, per sorē  
tē siue aceruationē: cuius partes ut imperfectae sunt,  
& directō ductae, ita in perfectas ratiocinationes se  
parate cogi, & obliquo ductu explicari possunt.

Ex his igitur iam satis intelligitur, in ostendenda  
consecutione perfecta argumentatione ut edum esse,  
in proposito confirmando imperfectam sufficere.

## DE SOLVENDA ARGV

mentatione & elabendo.

Sicut est autem disputantis confirmare id quod  
probandum sumpsit, ita eius qui diuersa tuetur,  
dissoluere quae confirmata sunt. Soluitur autem ar  
gumentatio eisdem, quibus struitur, modis, uel negan  
do propositum, uel negando confici ex eo quod intē  
ditur. Posterius fit bifariā, uel quia imperfecta sit ar  
gumentatio: uel si sit perfecta, uideri potius talē esse,  
quā quod reuera sit talis. Ut si dicatur: Sapiens  
nullae desunt opes, ergo sapiens est diues. Primo sol  
uitur, negando uerum esse, quod proponitur, sapiens  
ti nullas deesse opes. Quod si probetur, quia nullas  
cupiat, reliquum est ut negetur intentio confici ex  
proposito: non ob id diuitem esse, quia nullae ei de  
sunt opes. Id si probetur adiecta maiore propositio  
ne, quod cuiuscunque nihil desit, eum diuitem esse: ne  
gabitur fortassis & ista. Sed concedatur, et ultimum  
appre



apprehendatur telum, argumentationem non uere perfectam esse, tametsi appareat: cò quod deesse non eodem modo in utraque propositione accipiatur, id què esse contra legem ueræ ratiocinationis. Aliter enim deesse dici, quod modo non adest, aliter, quod modo desyderatur. Itaque si priore significatione accipiatur, ueram esse maiorem, minorem falsam: sin posteriore, minorem ueram, maiorem falsam. Quare nihil mirum esse, si quæ perperam in propositionibus iunguntur, male item cohæreant in conclusione: cum medium ratiocinationis non numero, sed specie modo sit unum. [ Atque hæ soluendi rationes ad rem feruntur. Sunt & aliæ quæ non in rem, sed in personam referuntur, elabendi uerius quàm soluendi rationes. Vulgus dialecticorum solutiones ad hominem uocat. Elabimur autem tribus ferè modis, regerendo aliquid in aduersarium, elcuando id quod dictum est, & à proposito digrediendo. Regerimus aliquid in aduersariū repetendo cum æque firma argumentatione. Quod tum in rem tum in personam fieri potest. In rem, ut cum æque firma re illum urgemus, ac nobis intentata est. Ut cum Cicero pro Cœlio obiecto luxuriæ, spem futuræ industriæ opponit. Et Iuno apud poëtam: Indignū est Italos Troiã circūdare flāmis, Indigniora regerit:

Quid face Troianos atra uim ferre Latinis, &c. In personam, cum omiffa re, qualiscunq; ea fit, contemdimus ab aduersarij persona eam obijci non conuenire. Vt pro Ligario obijcitur Tuberōi, quod in eadē caussa fuerit, cuius Ligarium accuset. Et in Salustiū: Quasi uero tu sis ab illis uiris Salusti ortus. Sic Tur nus apud Virgi. Meq; timoris Argue tu Drance. Et Aeneas: Tantumq; nefas patrio excidit ore? Eleua mus autem contemnendo rem quæ obijcitur, & exte nuando. Vt Cœlij accusationem Cicero uult iras & querelas amantium potius, quàm crimina uideri. Et Dido apud poetam: Italianam petijt satis autoribus Es to, Cassandra impulsus furijs, &c. Digredimur, cū à proposito abducimus orationē, ut aduersarij uite mus laqueū. Qua cautela Cicero in oratiōe pro Cœ lio usus uidetur, cum disputat de Q. Metelli morte et suspitione in Clodium. Sed hoc & uarie fit, & præ ceptis non facile comprehenditur.

## DE EXPOSITIONE, ET

speciebus eius.

**H**Aftenus de argumentatiōe, et quid sit ea, & quæ species eius, & quo modo conficiatur, dictum est: nunc de expositiōe dicamus. Expositio, alia ad uoluptatem pertinet, alia ad ueritatem, alia ad fidem. Ad uoluptatem, quæ demulcendis auribus poti-

us quam ulli alij fini est destinata. Pari modo quæ ad ueritatem, item quæ ad fidem accommodatur. Primam sequuntur poete, secundam historiographi, tertiam philosophi & oratores, tum quicumque rem propositam exponendo docere conantur. Quemadmodum igitur suus cuiusque harum est finis, ita & certa lex proposita, ad cuius præscriptum exigatur. Nam apud poetas, & ubicunque affectus mouendi sunt, Ficta uoluptatis causa sunt proxima ueris. Apud rerum scriptores nihil debet esse sanctius ueritate. Oratoribus autem, & ijs qui de re proposita fidem facere conantur, non modo uera dicenda sunt, sed & firma ac uelut ipsa sibi fidem facientia, tum omnibus partibus suis ad propositam questionem accommodata.

## DE DIALECTICA EX

positione.

**E**Rgo dialectica expositio, quæ propria est nostri instituti, & probabilis esse debet, & accommodata questionibus. Probabilis erit si fuerit argumentosa, si consentanea rebus, si per se consequens. Argumentosa erit, si causas rerum habuerit, non modo summe earum, sed & partium singularum. Summa, ut cum cause belli, pacis, pestilentie & id genus alie referuntur à rerum scriptoribus. Item qualis illa pro

Milone narratio, cum exponitur, cur Miloni Clodius  
 us insidias facere uoluerit. Partium uero, ut illud de  
 eodem: Subito reliquit annum suum, & se in annum  
 proximum transtulit (Causa) non religione aliqua,  
 sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad præturam ge-  
 rendam, hoc est, ad euertendam rempublicam, ple-  
 num annum atque integrum. Item apud poetam:  
 Sæpe fugam Danaï Troia cupiere relicta Moliri  
 (causa additur) & longo fessi decedere bello. Con-  
 sentanea erit, si locis, temporibus, rebus, & personis  
 apta fuerit, hoc est, ut qualia hæc sunt, talia & dicta  
 facta; personarum effingantur. Etenim ut non ea-  
 dem Achilli & Nestori, philosopho & ganeoni con-  
 ueniunt, ita ubiq; magna magnis, tenuia paruis, leta  
 letis, tristia tristibus, turpia improbis sunt accom-  
 modata. Consequens autem erit, si non modo pri-  
 oribus sequentia non discrepabunt (quod utique uis-  
 tiosissimum fuerit) sed alia ex alijs ulro consequi uis-  
 debuntur. hoc est, si pendebunt ex prioribus sequen-  
 tia, & ad commemorationem eorum quodammodo  
 expectabuntur. Talis haud dubie est tota illa pro  
 Milone narratio, que perpetuo ceu uinculo quodam  
 ita connexa est, ut res non iungi inuicem, sed à na-  
 tura coherere uideantur. Plus habet negotij ut  
 accommodata sit expositio, hoc est, quam maxime  
 idonea



idonea ei cui efficiendo destinatur. Quapropter in-  
 tuendum est id, quod docendum suscepimus (nam  
 certa ferè res est, ad quam referuntur omnia) &  
 collatione cum singulis partibus expositionis facta  
 diligenter uidendum, quid insit in eo quod iuuat  
 partes nostras, quid obstet, quid quomodo exposi-  
 tum prodesse nobis, aut contra obesse, queat. Dandæ  
 que est opera, ut quæ iuuant augeantur, quæ dubia  
 sunt in nostram trahantur partem, quæ nocēt præte-  
 reantur, si fieri possit, aut saltem molliantur. Eaque  
 ipsa cum argumentis fiant, non tamen explicanda  
 est argumentatio, sed tantum ponenda. Alioqui quæ  
 expositio instituta erat, in argumentationem abi-  
 bit. Illud in primis addendum uidetur, ut semper,  
 quoad fieri potest, fauorabilem narrationis ingresa-  
 sum faciamus, præsertim si causa asperior fuerit.  
 Nam ita & animus auditoris beneuolentia occupat-  
 bitur, & id quod uolumus, benignius admittetur.  
 Obseruauit hoc Terentianus senex in Andria, qui  
 apud libertum amorem filij confessurus, non statim  
 à re ipsa, sed à laude & continentia filij incipit. Hoc  
 rum, inquit, ille nihil egregie præter cætera, & ta-  
 men omnia hæc mediocriter, etc. Deinde dura queq;  
 & aduersa mollit, donec eò sensim peruenit, ut quod  
 institutum erat, liberius exequatur. Ergo diligenter

circumspiciendum est, & quærendum aliquid, quod gratiam conciliet initio dictionis, & quod instituto nostro sit accommodatum.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

**H**abent & partes orationis suam in differendo inuentionem. Quare expeditis speciebus, de his quoque dicendum est. Cicero alibi sex, alibi quatuor orationis partes facit, exordium, narrationem, confirmationem & conclusionem. Quarum medie duæ ad rem, extreme ad auditorem referantur. Aristoteles duas tantum necessarias putat, propositionem & confirmationem. Quod sanè in idem recidit. Quia de ijs intelligitur, quæ ad rem accommodantur. Verum illi de ciuili oratione locuti sunt, nobis in uniuersum est dicendum. Oratio igitur quæ credentem habet auditorem, & sola expositione constat, sola expositione contenta esse potest. Vt Aristotelis prædicamenta, quæ ab ipsa re statim incipiunt: Eorum quæ dicuntur, quedam &c. Item analytica posteriora: Omnis doctrina & omnis disciplina fit ex &c. Vt plurimum autem hoc genus duas tantum partes, uel tres interdum habet: nempe exordium, præparandi auditoris causa, expositionem rei, & epilogum, quem in plerisque adijcit Cicero.

cero. Vt officijs: Habes à patre M. Fili munus &c.

Que uero argumentatione constat oratio, duas habeat partes necesse est, expositionem & confirmationem. Sed expositionem uel latius fusam, que narratio uocatur, uel in propositionem collectam, pro rei de qua differitur conditione. Exordium autem infrequenter adhibetur ad præparandum auditorem, & ad muniendum aditum ad duriores questionem. Tum uero epilógus, qui accommodatur ad placandas offensas aures, & ad memoriam reficiendam. Narratio & propositio expositione constant, confirmatio argumentatione. Exordium & epilógus partim expositione, partim argumentatione. Partes exordij sunt beneuolentia, attentio & docilitas. Quorum priora serè argumentatione conficiuntur, postremum expositione. Epilógi siue conclusionis totidem: Nempe ut beneuolum nobis reddamus auditorem, ut aduersario infensum, ut capitibus orationis in unum conductis, reficiamus memoriam auditoris. Quorum item priora duo serè argumentatione, postremum expositione tractatur.

TABVLA INSTRUMENTI  
DIALECTICES.

F V Indus

Inductio.

Perfecta, quæ  
semper firma est  
in colligendo.

Argumentatio

Imperfecta, quæ  
ad perfectam est  
redigenda.

Ratiocinatio.

Instrumentum  
differendi,  
quod  
est oratio,  
cuius  
species.

Expositio.

Habet causas.

Probabilis quæ

Est consequens.  
Est cõsentanea.

Accomodata

Quæ et tota et  
singulis parti-  
bus suis ad intẽ-  
tionem est ido-  
nea.

## FACULTAS LOCORVM QVORVM

modo paranda.

**A**dornata hucusque materia differendi, & in  
strumento comparato, nunc id, quod tertium  
propositum fuerat, de usu & tractatu locorum pro-  
prie est dicendum. Quocirca attendendum est in-  
ter dialecticos & rhetoricos locos nihil interesse,

quantum



quantum ad rem pertinet, sed nominum tantum ac præceptionis est discrimen. Tum nullam partem inuentionis rhetorices propriã esse, sed totam ad dialecticam pertinere. Nam cum finibus inter se distinguantur artes, sitq; rhetorice finis solus ornatu & splendor orationis, dialecticæ autem probabilitas & certitudo: quis est qui neget, ut quemadmodum est locutio, qua sola ornatam dictionem comparamus, rhetorice est propria: ita inuentionem omnem & iudicium, qua probabilem instruimus orationem, sub dialectici officio contineri? Ergo attributa rerum & personarum sub dialecticis locis comprehenduntur, & cum hæc sola ars probabili orationi conficiendæ accommodata sit, eius duntaxat inuentionem propriam esse non est dubitandum. Nunc ad facultatem accedamus. Facultas differendi, quæ tam dialecticos quàm rhetoricos locos cõplectitur, tribus potissimum rebus comparatur: locorum cognitione, descriptione rerum per locos, & eorum quæ descripta sunt, comparatione. Locorũ notitia duabus rebus cõstat: numeri, uirtutis ac proprietatis eorundẽ exacta perceptione: & redditiõẽ argumentationũ apud authores ad suos locos. Quorũ prius ex descriptione superioris libri petendum est. Posteriorius usu & exercitatione consequendum. Proderit

enim non ad copiam modo ac uelut thesaurum quendam parandum est locis, sed ad uirtutes etiam authorum intelligendas, ad discernendam argumentandi uarietatem, & quod summum in hac re est, ad formandum iudicium, & ad artificium omne tum inuentionis, tum elocutionis perspiciendum. Nam iuncta sunt ista in dicendo, & in magnis authoribus elocutio ita affixa rebus, ut diuelli non possit. Quare si quæ ratio est, quæ discernere ista ac diiudicare præstat, eam maximam ac longe fructuosissimam esse minime est dubitandum. Reddentur igitur argumentationes suis locis, primum si proposita ea uideatur, quod sit argumentum, hoc est, medium argumentationis: idque inuentum in ratiocinationis formam cogatur. Est autem quod sumptum in propositione in conclusione non sumitur. Ut philosophus non recte dimittit uxorem, non igitur Cato recte dimittit. Medium argumentationis est, philosophus.

Deinde si conferatur cum eo, quod sumitur in conclusione, & in propositione non est sumptum: nempe cum Catone. Quo facto, uidendum est, significet ne aliquid quod sit in Catone, uel extra. Significat utique philosophus aliquid, quod est in Catone. Sed uide, sit ne substantia eius, uel pars substantiæ, uel circa eam. Certum est esse circa substantiam. At quos  
modos

modo non ut subiectum, neque ut actus, ergo ut adiacens. Inest enim substantiæ Catonis philosophia, et modum ei quendam adfert, quo aliud dicitur quàm secundū substantiæ suæ nomen. Ergo hoc pacto scrutandum est, & eundem per singulos locos, donec ad eum peruenerimus, qui proprius est argumentationis. Sed quia duobus extremis cōstat questio, subiecto & prædicato, sicut cum uno collatum est medium, ita cum altero conferendū erit. Ut in prædicto exemplo, philosophus, sicut cum Catone collatus est, ita conferetur cum uxore: eritq; sicut adiacens Catonis, ita contingens uxoris. Contingit enim mulierem philosophum habere maritum, & ediuerso, philosophum ducere uxorem. Eodem modo si dicas, Tarquinius est peregrinus Romæ, ergo non debet Romæ expetere regnum. Medium est, peregrinum esse. Quod si Tarquinio compares, è loco erit argumentum, Sin Romæ, ex cōnexis, Sin ei quod est regnum expetere, à cōtingenti. Ergo licebit ex quouis horum nomen dare argumento. Sed rectius ex loco dicetur: ut inde potissimum capiat nomē, unde cōmodissime erit inuentum. Et in his quidem ante omnia tenenda est questio, quæ probatur, alioqui frustra uestigaris argumentum. Tenebitur autem uel ex contentione partium, si obscura fuerit: uel ex con-

nati,

natu, re, & personis, quemadmodum supra est demonstratum. Et cum inuenta fuerit, tunc cum ea conferatur id, quod pro argumentatiōe proponitur, & uideatur unum ne sit, an plura: & si plura, an alterū ex his alteri probando adhibeatur: Quod si unū erit, id propositio erit enthymematis, quæstio autem conclusio. Sin plura, & alterum alterius probatio, una argumentatio erit respectu propositæ quæstionis: sed ordine probandi plures. Quod si non probetur unum per alterum, sed unumquodq; per se intentionem suam probet, plures erunt argumentationes. Sin neutrum horum fuerit, uel plures erunt unius argumentationis propositiones, uel plurium propositionum probationes. Porro illud in argumentatione dijudicanda diligenter spectandum est, quando latius explicetur ipsa, quando breuiter concludatur. Item quando proxima sit ei, quod probandum intenditur, quando transsumatur. Nam in explicando argumento rhetores sæpe quadripartita, sæpe quinquepartita argumentatione utuntur, & singulas partes fuse explicāt. Sæpe iungūt propositionem & conclusionem in unius speciē propositionis. Sæpe solam propositionem loco totius ponunt, sæpe loco conclusionis, sæpe probationē loco propositiōis. Nec in his semper proxima argumentatio sumitur,

sed



sed omiffa ea, tanquam confeffa, ad insequentem fe-  
 flinatur. Vt apud Senecam Megera cum dicit: Semo-  
 perq; conffitit nafci deum. Excipit hoc Lycus & cō-  
 futat: Quencunq; miferum uideris, hominem fcias.  
 Quæftio eſt: An Hercules fit deus. Ea confutatur nō  
 proxima, ſed tranſſumpta argumentatione: Hercu-  
 les eſt miſer, igitur eſt homo. Nā inter hanc & que-  
 ſtionem hæc intercedit: Hercules nos eſt deus, quia  
 eſt homo. Quæ tanquam confeffa tranſitur, alioqui  
 proxia futura. Deinde alia ſubſequitur, Hercules eſt  
 homo, quia eſt miſer. Quæ tranſmiſſa priore occupa-  
 tur. Ergo plenus & continens ordo erat: Hercu-  
 les non eſt deus, quia eſt homo. Deinde, Hercules eſt  
 homo, quia eſt miſer. Quorū alterū ex diuerſis deo,  
 alterum ex adiacentibus hominis ducitur.

### DESCRIPTIO QVÆSTIO

nis per locos.

**D**eſcriptio quæſtionis, quam Græci *ἔνδοξα* uo-  
 cant, eſt, cum rem quanque in quæſtione pro-  
 poſitam per locos deducimus, & ex his ſingula quæ  
 ei conueniunt, accommodamus. Ad hanc rem pri-  
 mum neceſſaria eſt omnium locorū, de qua prædixi-  
 mus, exacta notitia. Deinde rei ipſius perfecta cog-  
 nito. Tertio delectus in accōmodandis locis adhiben-  
 dus. Etenim ut alia alijs deſcribendis aptiora ſunt,

ita quædam ea sunt conditione, ut propositis rebus minime conueniant: quædam uero ut non nisi pronũciatis ex cæteris locis ductis. Fit autem omnis descriptio cõmodissime in pronunciato, ea lege, ut res quæ describitur subiectum sit, id quod ex loco ducitur prædicatum. Nisi fortè rerum natura & conditio obstet, ut inter genus & speciem, subiectum & adiacens. Quæ quia certo ordine inter se constant, genus de specie, adiacens de subiecto, incommutabiliter prædicatur. Proponatur exempli gratia, homo, in questione: An homo sit animal, & per omnes locos deducatur. Homo est animal rationale, descriptio est ex definitiõe. Homo est animal, ex genere, estq; ipsa questio. Homo doctus est homo, Cato est homo, ex speciebus (quemadmodum hic speciem accipimus.) Deinde homo est rationalis, homo est capax disciplinae & uirtutis, potest loqui, potest fidebus canere, descriptio ex proprijs.

Ex toto, quia per se totum est, describi non potest, nisi fortè dicatur, homo est totius mundi pars.

Ex partibus, homo ex anima & corpore constat. Humani corporis partes sunt, caput, humeri, pectus, uenter, manus, pedes. Ex coniugatis, homo est humanus, homo humanitatẽ præcipue expectere debet, homo omnia facere debet humane. In quibus de pronunciati

nūciati forma nōnihil mutātū est, et quaedā uerba ad  
 dita, ut quod ex loco ducitur proposito rectius ac  
 cōmodetur. Etenī inepte dixeris, humanū corpus est  
 caput, manus, pedes. Sic absurde et nullo prorsus sen  
 su, homo est humaniter, et humanitas, etc. Ex adia  
 centibus est, homo est doctus, est sapiēs, est faciūsus.  
 Ex actibus, homo loquitur, docet, currit. Ex subiecto  
 rursum nihil, duci potest, quia homo in subiecto nō est.  
 Ex causis, homo est ex uiro et muliere procreatus,  
 est natus ad beatitudinē. Ex cōnexis, homo est liber,  
 est seruus, est imperator. Tametsi ista rectius singu  
 lis attribueris hoībus. Vt Cato est diues, est censor,  
 est imperator. Ex loco, ut Cato est Romae, est in A  
 frica. Ex tēpore, Cato uersatur in bello, in pace, lu  
 dos spectat, cōsultat mane, uesperī cōnat. Accidē  
 tiū loci nō cōueniūt rebus per se acceptis, sed pronū  
 ciatis eorū ex prioribus locis ductis accōmodantur.  
 Vt si dicas, homo loquitur. Ibi loqui actus est hoīs,  
 cui cōtingens est, quod psitacus effingit uocē huma  
 nā: Psitacus homini cōparatus, diuersum est: effinge  
 re uocē humanā, ad id quod est loqui, genus. Quicquid  
 enim loquitur effingit uocē humanā, sed nō ecōuerso.  
 Porrō hominē loqui, cōparatū ei, quod est psitacū ef  
 fingere uocē humanā, cōtingēs est: sicut et tussire ho  
 minē, ad id quod est loqui, cōtingēs. Sic nomē et pro

nunciatū non nisi pronūciato attribueris. Vt hō, qđ  
 ex humo sit, dicitur, Solōis sentētia hō est infelix. I-  
 tē Scipio Nasica à senatu quōdā uir optius fuit iudi-  
 catus. Eodē mō cōparatiōes et similitudines nō poss-  
 sunt per se rebus aptari, nisi sumatur aliquid in ipsa  
 re, per quod alteræ rei cōparetur. Vt Demosthenes  
 eloquētia par fuit Cic. Hector uiribus impar fuit A-  
 chilli. Sicut sol unus oībus lucet, ita uox præceptoris  
 una pluribus sufficit. Opposita et diuersa, qđ nō cōue-  
 niunt rei nisi per negationē, parū est quod ad descri-  
 ptionē eius cōferant, nisi forte alijs adhibeātur locis,  
 ut uel in similitudines uel cōparatiōes trāsferātur.  
 Vt quēadmodū dicimus, hō est uirtutis amās, scientiæ  
 appetēs (quæ sunt adiacētia hoīs) ita à cōtrarijs dici-  
 mus, homo est probitatis osor, inscitiæ inimicus. Quæ  
 qđē in similitudinē transferūtur hoc mō: Quēadmo-  
 dū homo sciētiae et ueritatis appetēs est, inscitiā &  
 errorē fugit: ita & bruta quæ sensui suo apta et cō-  
 sentanea sunt persequūtur, aduersa et repugnātia de-  
 clināt. In cōparationē hoc mō: Si homo uirtutē dili-  
 git, turpitudinē aut et improbitatē odit, quāto magis  
 idē expetit beatā uitā, quæ uirtute constat, à miseria  
 aut & calamitate abhorret. In quibus oībus cōtraria  
 sumpta sunt, nō ab homīe, sed ab adiacētibus uel acti-  
 bus eius, et facta tū similitudine tū cōparatiōe in de-  
 scrip-



scriptionē eiusdē collata. Descripto igitur hūc in modo  
dū homie, altera pars quæstiōis, uidelicet animal, eodē  
modo describenda erit, & sicut homo per singulos  
locos deductus est, ita & animal deducendum.

### LOCORVM COMPARATIO.

**C**omparatio, est locorū, quibus descriptæ sunt  
partes quæstionis, inter se, uel unius cū utraq;  
parte quæstionis, collatio, qua perspicitur, quid cōue  
niāt inter se, uel cū utraq; parte quæstiōis loci, quid  
discrepēt. Nā quatenus uel locis inter se, uel uni cū  
utraq; parte quæstiōis conueniet, eatenus et partes  
quæstiōis altera de altera nō negabitur: & quatenus  
loci inter se, uel cum partibus quæstiōis, dissentanea  
fuerint, eatenus & quæstio probari nō poterit. Cō  
sensus enim locorū cōfirmat quæstionē, dissensus euer  
tit. Sumatur exemplū, quod paulo ante positū est,  
& queratur, an homo sit animal. Si dubitetur uerū  
sit, nec ne, quod proponitur, conferātur singula, quib;  
bus descriptus est homo, cum ijs, quibus itidē animal  
describi poterit. Etenim definitio animalis est, corpus  
uiuēs sensuale: genus, corpus: species homo, leo, aquila:  
propriū, sensuale: cōiugata animale, animalitas: ad  
iacentia, mansuetū, ferū, gressile, uolatile, etc. actus,  
pugnare, pasci, gignere &c. Cōferantur hæc igitur  
cū hominis descriptiōe, et quid cōueniāt, quid discre

pēt inuicē perspicatur. In definitiōe hominis ratiōā  
 le inest, quod utiq; semper cōiūctū est uitæ ac sensui,  
 quæ ediuerso ponūtur in definitiōe animalis. Ergo ani  
 mal de homine semper affirmatur. Deinde propriū  
 hominis est intelligere quod nunq̄ reperitur sine sen  
 su, qui animalis est proprius, tametsi sensus sine in  
 tellectu in brutis oībus reperiatur. Ergo quemadmo  
 dū omne intellectuale sensuale est, sed nō econuerso,  
 ita oīs homo est animal, nec econuerso. Par ratio de cæ  
 teris. Sic si quærat, an Catōi ducēda sit uxor, Cato  
 nis loci erūt, philosophus, Stoicus, ciuis Romanus, se  
 nator insigni grauitate conspicuus, etc. Quæ partim  
 adiacentia sunt, partim cōnexa, applicita, cōtingens  
 tia. Vxoris loci, mulier in consortiū uitæ, liberorum  
 caussa legitime accepta, forma, genere, opibus, pudici  
 tia insignis, etc. Quorū primū uxoris genus est, reli  
 qua cōnexa, destiata, adiacētia: partim ad cōplendā  
 uxoris definitiōē, partim ad descriptiōem addita.  
 Ex his igitur inuicem collatis facile perspicietur, qd  
 in utranq; partē de quæstiōe dici possit. Nā ut mulie  
 ri et blāditijs thori genialis, et formæ atq; opum stu  
 dio cū philosopho parū conuenit: ita legitima libero  
 rū procreatio, et matrimoniū honestū potius, q̄ cōcu  
 binatus tū philosophū, tū ciuē ac senatorē decuerit,  
 Ergo priora sicut ad euertendū quæstiōē, ita poste  
 riora

rora ad eandem confirmandam ualebūt. Pari modo si non loci inter se, sed unū aliquod, ex diuersis hinc inde locis ductum, cum partibus quæstionis confertur, de eo eodem modo pronuntiandum erit. Vt sensuale adiacens hominis est, animalis, proprium. Est igitur homo animal, quia de utroq; dicitur, quod sit sensualis. Sic si dicas, Tarquinius est peregrinus Romæ, ergo non debet Romæ expetere regnū. Peregrinū esse Tarquinio conuenit, non conuenit autem ei, quod est regnum expetere, quia peregrini iure ciuili regnare prohibentur. Ergo ista repugnant inter se, negaturque Tarquinio Romæ regnum expetendum esse, quod id non liceat peregrino.

## TABVLA.

Exacta notitia locorum

Facultas  
locorum  
paratur

Descriptiōe rerū per locos.

Comparatiōe locorū quibus  
res sunt descriptæ.

## LIBERTER

TIVS, DE MOVENDI ET DE  
LECTANDI RATIONE,  
DE MOVENDIS AFFECTIBVS.

G iij EXPLIS

**E**xplicata docendi ratione, quæ duobus libris  
 trāsfecta est, quorū priore loci descripti sunt,  
 posteriore facultas demōstrata: deinceps de mouēdi  
 et delectandi ratiōe dicēdū est: tū de dispositiōe. Mo-  
 uendi ratio ad affectus excitandos pertinet, sicut do-  
 cendi ratio ad fidē faciendā. Affectus est impetus a-  
 nimi, quo ad appetendū auersandū uel aliquid uehe-  
 mentius, quā pro quieto statu mentis, impellimur.  
 Appetimus autem quæcumq; uel reuera uel in specia-  
 em bona sunt. Contra auersamur, quæ noxia sunt, uel  
 nocitura creduntur. Eaq; ipsa siue nobis accidunt, si-  
 ue alijs, quorū uice moueamur, eandē uim obtinent.  
 Itaq; in omni affectu duo præcipue subsesse oportet.  
 Personā quampiā, cui quid dignū uel indignū accide-  
 re uideatur. Et, rem bonā uel malā, quæ accidat. Er-  
 go si digna dignis eueniāt, fauimus & gaudio affici-  
 mur. Sin contra dolemus, & indigne ferentes irasci-  
 mur, inuidemus, miseremur etc. In quibus omnium affe-  
 ctuum materia est et origo. Non refert aut siue nostra  
 persona sit, quæ tractatur, siue aliena: nisi quod nos-  
 tra semper amica est, & plerumq; in ea res sola ad  
 affectū sufficit: secus in aliena. Iungitur tamen sepe  
 persona rei, ut cū spectatur quis, et quo anō fecerit,  
 uel cū persona rei est subiectū, ut cū pro grauitate  
 Catōis ipse Cato, pro pudicitia Lucretiæ ipsa Luere-  
 tia poa



tia ponitur. Quo posteriore modo persona pro re  
 sumitur: superiore, ad locū efficientium refertur. Cæ  
 terum affectus alij diuturniores sunt, ut amor, odiū,  
 inuidia. Alij breuiiores ac subiti, ut ira, pavor, lætitia.  
 Et ex his alij uehementiores, alij remissi. Sed ex omni  
 bus duo sunt oratoribus præcipui, odiū & misericor  
 dia, qui in iudicijs dominantur. Illud ignorandum  
 non est, affectus trifariam tractari. Vno modo cum  
 oratione exprimimus affectum, ut cum irati, metuen  
 tis, amantis uerba imitamur. Quod genus præcipue  
 in decoro est positū, & ad eloquendi rationē perti  
 net, quale in comædijs et tragædijs spectatur. Alio  
 modo, cū aliquē affectu concitū describimus, quid di  
 xerit, aut quid fecerit, ut ex ijs affectus deprehenda  
 tur. Vt cū Cicero de Clodio dicit: Cōuocabat tribus,  
 se interponebat, coloniam nouam, delectū perditissi  
 morum scribebat ciuium, &c. Sollicitudo Clodij osten  
 ditur, ad prohibendum consulatu Milonem. Tera  
 tio cum auditoris animum tractare nitimur, & non  
 docere nostrum uel alienum affectum, sed eundem  
 excitare. De quo hoc loco est institutum.

#### AFFECTVS VNDE DVCAN

tur, & de amplificandi ratione.

**D**Vcuntur affectus (sicut prædictum est) ex re  
 bus, personis, & utrisque, quatenus res bonæ

uel male dignis uel indignis accidere ostenduntur.  
 Ex persona, ut Cicero in oratione pro Plancio &  
 pro P. Sylla. Ex re, ut in nauarchorum casu deplora-  
 rando, in Verrem. Ex utrisque, ut pro Milone,  
 ubi Milonis personam indignam tali casu esse ostendit,  
 ac deinde suam pro re personam subijcit, quæ  
 rens quantum mali sibi casus Milonis sit allaturus.  
 Sunt autem ut certa ratione excitandi, ita paulatim  
 augendi affectus, & tanquam gradibus ad summum  
 perducendi. Ad quam rem amplificatio necess-  
 saria est. Nam sine hac uel nulli prorsus futuri sunt  
 affectus, uel continuo ubi extiterint pariter emoris-  
 turi. Huic contraria est diminutio, quæ deprim-  
 it quæ per amplificationem sublata sunt, & minora  
 uideri facit. Magnitudo igitur, quæ per ampli-  
 ficationem conficitur, bifariam accedit rebus, per se,  
 & ex cõparatione. Per se, ut cum adhibetur quæ  
 per se magna uidentur. Per se magna sunt, quæ aut  
 omnium hominum generi uidentur talia, ut religio,  
 patria, parentes, coniuges, liberi &c. Aut quæ singu-  
 lorum opinionem. Ut cibus esurienti, studium eruditio, au-  
 ro pecunie: etc. Ex his enim cum rem augere uolumus,  
 docemus eam pertinere ad tuenda uel paranda ipsa,  
 uel ad contraria eorum depellenda. Quantoq; plura ta-  
 lia cõgerimus, tanto res maior euadit. Ut cum Cicero

Clodij crimina auget, quod is religiões uiolarit, multos occiderit, ciuium bona inuaserit, senatui, equestri ordini, optimo cuiq; aduersus fuerit. Sunt tamen ista non temere, sed pro natura cuiusq; et auditoris ingenio adhibenda, ut & rebus cōgruant, et ad institutū nostrū sint q̄ efficacissima. Cōparatione augetur res bifariā, tacite et aperte. Tacita cōparatio est, cū uel id, quod unū est, in multa spargitur, ut hoc ipso maius appareat: uel cū id, quod praterijt aut futurū est, ita representatur, ut non dici, sed oculis cerni uideatur. Illud ad distributionē pertinet, hoc ad *ὀρασιον*, quam hoc nomine Græci, nos euidentiā uocamus.

Distributio est, cum res, quæ semel dici poterat, particulatim enumeratur. Ut si quis pro eo, quod bellum, dicendum erat, metus hostiles, prædas, incendia uillarum, expugnationes oppidorum, cædem popularium, impensas militares, uastationem agrorum, famem, egestatem, omnia ferro flammisque diruta, omnia sanguine conspersa, dicat. Euidentiā, cum res ita describitur, ut imago eius uerbis exprimitur. Quale illud Vergilij in quinto, Constitit in digitos extemplo arrectus uterque &c. Item & descriptio illa conuiuij Inxuriosi: Videbam uidere alios intrantes, alios uero exeuntes, quosdam ex uino uacillantes, quosdam hesternâ potatione

scitantes, humus erat immunda, lutulenta uino, coronis languidulis & spinis cooperta piscium.

Aperta uero comparatio, cum res, quæ augenda proponitur, alijs, quibus eam præferimus, adhibetur rebus, ex quarum comparatione magnitudo eius colligitur. Quod equidem genus quia illustre est, in ampla & splendida oratione frequenter adhibetur. Insigne eius exemplum est in oratione pro Marcello, ubi Cicero laudaturus clementiam C. Cesaris, eam cæteris uirtutibus illius ita cõparat, ut omnibus bellicis laudibus anteferre uideatur. Ducitur amplificatio per omnes locos, qui supra descripti sunt, & à rhetoribus attributa rerum & personarum uocantur. Seruit autem cum cæteris caussarũ generibus, tum uero demonstrationum quodammodo propria esse uidetur, quod pleraq; ad laudem ac uituperationẽ per se frigida sint, nisi oratione extollantur.

Diminutionis contraria ratio est. Nam quibuscumque additis rebus crescit opinio, eorundem detractione rursus decrescat necesse est. Vnde ad soluendos affectus pertinet. Eodemq; ualebit ut contrarios opponamus affectus, quodque in hoc opere potentissimum est, ut risum excitemus. de quo Cicero & Quintilianus præcepta tradiderunt.

T A B V L A.

rebus



Ducuntur à

rebus  
personis  
utrisq;  
SimpliciterAffectus Augētur am-  
plificatione,  
quæ fit

Tacita

Comparatione.

Aperta

Soluntur diminutione,  
quæ contraria est ampli-  
ficationi, & risu.

## DE DELECTANDI RATIONE.

**D**electatio rhetorici potius q̄ dialectici nego-  
rij est. Sed quia fit tū rebus, tū uerbis, quate-  
nus rebus delectandū sit, hic proprie dicemus. Nam  
hac parte cum inuēctione (ut supra diximus) coniūcta  
est. Delectare igitur est tale aliquid dicēdo adhibere,  
cuius sensu gaudeat is qui percipit. Id fit bifariā,  
rebus de quibus differitur, et oratiōis genere. Res aut  
sensum delectāt, aut mētē. Sēsum ut colores letissē  
mi oculos, soni mitiores aures, dulcia gustū, odorata  
olfactū etc. Mētē (cuius maxime est propria uerū  
ac boni inquisitio) delectāt cūcta, quæ docēt, quæ no-  
ua, magna, inopinata, inexpectata, admiranda sunt.  
Ut quæ ad historiā insigniore, ad naturæ arcana, ad  
egregia magnorū & illustriū hominū dicta factaq;  
pertis

pertinent. Sunt tamen præter hæc & media quedã,  
 quæ tametsi mentē attingunt, uoluptatē tamē præci-  
 pue sensibus inferunt. Vt dies festi, spectacula, cho-  
 rea, cõuiuia, horti, uerni tēporis gratia, iuuentæ de-  
 cor, corporū pulchritudo, amores, ioci etc. Ex his  
 igitur si quis rerū cõmemoratione delectare uelit au-  
 dientē, iucūdißima quæq; in orationē conferenda es-  
 sūt, & singula ingenio cuiusq; ita accõmodanda, ut  
 quibus quis maxime capi uidebitur, ea potissimū ad-  
 hibeātur. Vnde & digredi ad hæc ipsa licebit occasi-  
 one aliqua, argumenta hinc, crebro et similitudines  
 petere. Digressiõis insigne exēplū est apud Virgiliū  
 in octauo Aeneidos in amoenissima illa armorū Aes-  
 neæ descriptione. Itē in undecimo de origine & ins-  
 fantia Camille, quæ bellico operi inseritur. Oratio-  
 nis genere delectabimus, si apta et morata fuerit ora-  
 tio, si ornata, itē si copiosa et breuis. Aptā et moratā  
 erit, si motus, personarū colloquia, cõsilia, inopinatos  
 euētus, et cætera id genus habuerit cū dignitate. Or-  
 nata erit, si sentētiās graues habuerit, nouas, acutas,  
 inexpectatas. Itē si faceta erit, si prudēs, salsa, ama-  
 ra. Tū si cæteras habuerit elocutionis uirtutes, cū in  
 ornatu uerborū & sententiarū, tum in cõpositione  
 positas. Quod totū genus à rhetoribus est petendū.  
 Copia oratiõis bifariā præstat, uel pauca multis  
 dicendo

dicēdo, uel multa paucis. Nam tertiū quod ex his cō-  
 flatur, hoc est, quo multa multis dicūtur, ut lōge cō-  
 piosissimū est, ita ex propositis duobus facile intelli-  
 gitur. Multa paucis dicūtur tum expositione, tū ar-  
 gumentatiōe. Expositione, cū non satis habemus sum-  
 mas rerū cōplecti, sed partes singulas et circumstāti-  
 as exequimur. Vt quod de naufragio Troianorum  
 apud poētā paucis dici poterat: Iuno infensa Troia  
 nis, classē Aeneae nauigātis ex Sicilia, ui tēpestatiē  
 disiecit, quarum impulsu delatus in Africā Aeneas à  
 Didone hospitio benignissime est susceptus: hoc late  
 et copiose toto primo libro Aeneid. explicatur. Ar-  
 gumentatiōe, cū propositā questionē in plures alias  
 questiones diducimus, et singulas earū numerosis col-  
 ligimus argumentationibus, easq; ipsas pluribus pro-  
 batiōibus cōfirmamus: tum si qua exponēda incidūt,  
 non cōtenti rei capita indicasse, singula ordine ac la-  
 te recensemus. Cuiusmodi exēpla in effusioribus di-  
 sputationibus nusq; non occurrūt. Pauca multis dicū-  
 tur, uel (quod idē est) multū de re quāpiā dicimus, si  
 quoties libet circa eandē rem haeremus, et quod pau-  
 cis dici potuit, late fundimus. Quod maxime tribus  
 sit modis, diuisione, partitione & dinumeratione. Di-  
 uisiōe cum pro re, quae semel dici poterat, species ea-  
 rum subiicimus. Partitione, cū partes explicamus. Di-  
 numeratione

numeratione, cum pro ipsa ipsa re, quæ ei insunt re-  
 cēsemus. De omnibus unū exēplum ponatur. Nam si  
 cui dicendū sit, Cicerōi rempublicā administrāti uir-  
 tus est aptissima. Prædictis modis ita copiosius dis-  
 cet: Ciceroni nouo et cōsulari homini, nō opibus mi-  
 nus q̄ facūdia claro, cum prudētia et fortitudo in tā  
 ta ciuitate necessaria est, tum iustitia & moderatio  
 singularis, ut cum in administratiōe reipublice sena-  
 tus autoritati non defuerit, tum conseruet equestrem  
 dignitatem, & optimum quenque contra uim & in-  
 iuriam potentiorum defendat. Vbi & Ciceronis ad-  
 iacentia enumerata sunt, doctrina & facundia: &  
 pro uirtute species subiectæ, prudentia, iustitia, for-  
 titudo, temperantia: & pro republica, partes ciuita-  
 tis, senatus, equester ordo, & plebeia multitudo.  
 Est & alia orationis copia, qua rem eandem, iterum  
 atque iterum, sed commutatis uerbis dicimus, ut plu-  
 ra dici uideantur, quam expolitionem rhetores uo-  
 cant, Cicero interpretationem. Sed ea elocutionis est  
 propria, aliena à nostro instituto. Breuitas in dis-  
 serendo, quia opponitur copiæ, cōtraria ratione con-  
 stat. Nam quarū rerum collectione copia paratur, ea  
 rundē prætermissione rursus arctatur oratio, & in  
 angustum contrahitur. Breue s ergo erimus in expo-  
 nēdo, si ea obseruabimus quæ rhetores ferè hac de re  
 circa



circa narrationes præcipiunt. Primū ne nimis longe,  
 sed unde necesse est, initia expositionis ducamus. Vt  
 Aeneas apud Vergiliū narraturus excidiū Troiæ ab  
 insidijs Græcorū breuiter incipit: *Fracti bello fa-*  
*tisq; repulsi Ductores Danaūm tot iā labētibus an-*  
*nis, & c.* Et Liuius Romanam historiam non à bel-  
 lo Troiano, sed ab aduētū Troianorū in Italiā ordi-  
 tur. Iam primū omniū satis cōstat, etc. Deinde ut in  
 ipso progressu exponendi prætermittamus quæ par-  
 rū ad rem faciūt, sed necessaria tantū & utilia insti-  
 tuto nostro dicamus. Contra quod præceptū ita ple-  
 riq; sunt effusi et inepti, ut non solū dicāt nimis mu-  
 ta, sed aliena etiā et lōginqua à proposito adsciscāt.  
 Tertio ut non singulas rerū particulas dicēdo perse-  
 quamur, sed satis habeamus capita et summas rerum  
 perstrinxisse. Vt apud Poētā *Venus: Punica regna*  
*uides Tyrios et Agenoris urbē, etc.* Et apud Teren-  
 tiū senex: *Placuit despōdi, hic nuptijs dictus est dies.*  
 Quarto, si quid ex præcedētib; uel cōsequētibus in-  
 telligi potest, ne id dicamus. Vt ex illo Vergilij in-  
 quinto: *Gaudet regno Troianus Acestes: Intelligi-*  
*tur Aeneā nouā urbē Aceste imperio subdidisse, ta-*  
*met si id dictū non sit.* Et ex Critonis uerbis in An-  
 dria: *Eius morte ad me lege redierūt bona, satis in-*  
*telligitur et mortuā esse Chrysidē, et ipsius cognatā*  
*fuisse.*

fuisse. Sic ex præcedentibus sequentia accipiuntur. Ut cum causas rerū, itē consilia, aut mandata exponimus, ex quibus sequentiū rerū ordo ultrò apprehēditur. Ut illud in Phormione: Ego te cognatū dicā, et tibi scribā dicā, et cætera quæ sequuntur. Ex quo satis ostenditur actā rem fuisse iudicio, & uictū tantū Antiphonē. Quod sequentia etiā uerba indicāt: Persuasit homini, factū est, uincimur. In argumentādo breues erimus, si non semper explicauerimus nec quæstiones singulas, nec argumentationes, sed uel multitudinem quæstionū recensuerimus tantū, uel si quæ fusiū explicata quæstiones futuræ erant, ea breuiter collegerimus argumentationū specie. Item si sumptas quæstiones quàm paucissimis argumentationibus confirmauerimus, & ne eas quidē late collegerimus, sed nonnunquam pro tota argumentatione solam posuerimus propositionem. Ut: Quid repetam exustas Erycino in littore classes? Quid tempestatum regē uentosq; furentes Aeolia excitos? Vbi singule argumentatiōes singulis propositionibus absolūtur. Sed adhuc breuius est illud, in quo singulis uerbis singula argumēta includūtur. Ut apud eūdē: Quin natā egregio genero dignisq; hymeneis Des pater, et pacē hāc æterno fœdere firmes. In singulis uerbis argumentorū uis inest, et quod pater, dicit: et quod, natam

natã egregiã, & genero egregio, et, pacẽ, et, aeterno  
 fœdere, & cetera. Illud uelocissimã simul & copio-  
 sissimã breuitatis est, in quo plura intelliguntur, q̃ uer-  
 bis expressum est. Quale illud Didonis in quarto:

Huic uni forsã potui succumbere culpã. In quo  
 mire extenuat & mollit culpã amoris erga Aeneã,  
 sensu magis et significatione, q̃ uerbis, quã exprimitur.  
 Magni est autem nec uulgaris ingenij opus, ius-  
 tam uel copiam orationi, uel breuitatem tribuere, et  
 iudicare in dicendo, quis optimus dicendi sit modus.

T A B R L A.

Ad sensum

Rebus

Pertinentibus

Ad mentem

Delectas  
 mus

Apto et morato

Ornato

Genere ora-  
 tionis

Copioso

Multa paucis Dicẽ

Pauca multis do.

Breui

DE DISPO-  
 SITIONE.

H INVEN

**I**NVENTIONEM IN TRIBVS  
partibus differendi executi sumus, docendi,  
mouendi, & delectandi ratione. Superest ut  
pauca de dispositione dicamus, de qua non satis exa-  
cte à rhetoribus traditum esse uidetur.

Dispositio igitur est rerū in oratione distributio  
quæ demonstrat, quid quibusque locis sit collocandū. Ea  
ordine cōtinetur, qui est triplex, naturalis, arbitra-  
rius, & artificialis. Naturalis ordo est, qui certa &  
statuta ratiōe cōstat. Quod fit quadrupliciter, tēpo-  
re, natura, loco, dignitate. Tēpore, aliud alio prius  
posteriúsue dicitur, quæadmodū hodiernus dies pri-  
or est crastino, crastinus perēdiano. Item bellū Ma-  
cedonicum prius ciuili, Punicū prius Macedonico.

Natura alia alijs priora sunt existendi necessi-  
tate, à quibus non conuertitur existendi consequen-  
tia. Vt animal prius est homine. Existente enim ho-  
mine, necesse est animal esse, sed non econuerso, Non  
utique si sit animal, necesse est & hominem esse, sed  
homine existente, & animal esse recte infertur.  
Hoc igitur modo genus prius est specie, totum par-  
tibus, causa euentis, subiectum adiacentibus.

Loco priora dicuntur quorum unum præcedit ali-  
ud positione. Vt in Italiã euntibus Alpes priores  
sunt Mediolano, Mediolanum prius Bononia, inde  
Roma.



Roma. Contra uero redeuntibus prior Bononia, inde de Mediolanum, inde Alpes, inde Germania.

Dignitate prius est, quod alio præstātius habetur. Quemadmodū Pontificatus prior est Cardinalatu, Cardinalatus episcopatu, episcopatus sacerdotio. Itē aurū prius argento, argentū plumbo. Sed nonnunquam conuertitur hic ordo, et non ab optimo sed uilissimo incipitur. Vt cum ascendimus à sacerdotio ad pōtēficatum: & in ciuilibus magistratibus à quæstura ad ædilitatem, ab ædilitate ad præturam, inde ad consulum & dictaturam. Nisi fortē hunc ordinem artificialem quā naturalem accipere malis.

Ordo arbitrarius est, qui nulla certa ratione constat, sed solo dicentis arbitrio ducitur. Vt cum res non natura neq; consilio aliquo, sed sola dicendi occasione cōnectuntur. Quale est cum Lūius ex cōmemoratione Papyrij cursoris ad mentionē Alexandri Magni digreditur, querēs quis euētus belli futurus fuerit, si intulisset Alexander arma Romanis.

Artificialis ordo est, cū rerū dispositionē consulto turbamus, & quæ natura priora sunt, posteriore loco dicimus. Vt apud Virgiliū cum prius dicendum esset quomodo capta fuerit Troia, deinde quomodo Aeneas ex longa nauigatione ui tempestatum in Africā delatus fuerit: prioribus in secundū et tertium

116. EPITO. DIALEC. RODOL:  
librū translatis, à tēpestate initiū sumitur. Vix è cō-  
spectu Siculo telluris in altū Vela dabāt leti etc. De  
inde cætera per occasionem inducuntur: Fracti bel-  
lo fatisq; repulsi Ductores Danaūm &c. usque ad  
quartū: At regina graui iandudum saucia cura. &c.

His igitur tribus modis omnis dispositio confici-  
tur, quæ quomodo in singulas species orationis ac-  
commodanda sit, deinceps est dicendum.

QVIS ORDO IN EXPO-  
sitione seruandus.

**E**Xpositio uaria est, proinde uariā dispositionē  
accipit. Nam alia poëtica est, alia historica, al-  
ia dialectica. Et porrò dialectica duplex, scholastica  
e: oratoria. Poëtica, quæ rerū gestarum ordinē ali-  
quē decursumq; recēset, naturalē temporū sequitur  
ordinē. Item et historica. Sed hoc interest, quod poë-  
ta solum quātum ad ipsius, hoc est, narrantis perso-  
nam pertinet, in speciem sequitur temporum ordi-  
nem: quantum autem est ex rerum gestarum natura,  
plerunque perturbat eas, atque à medijs orditur re-  
bus. Deinde quæ primæ fuerant, eas persone alicuius  
ius colore, aut alio quouis cōmento posterius infert.  
Exemplū paulo ante indicauimus in Virgiliana Aë-  
neide. Quod cum heroicum sit, idem de comœdia et  
tragœdia & omni dramatico genere tanto magis in-  
telli.

telligendū est, quanto in his propter personarum cōmoditatē facilior artis est usus. In his igitur si rerū faciē spectes, quæ deducūtur in actū naturalis ordo uidetur. Sin totū fabulæ complexū atq; adeo argumenti seriem, artificialis. Nam sæpe quæ postrema fuere in negotio primo loco deducūtur in actum, & quæ prima fuere postremo aguntur. Historia potissimum naturalem sequitur ordinem, ac uerum illū quidem neque in speciem figuratum, ne ullis aurium frgmentis fidei religionem corrūpat. At si plures res gestæ, nec ullo inter se ordine iunctæ, exponātur, ut cum Liuius secundo bello Punico res in Italia et Hispania gestas describit, tūc arbitrio suo stabit autor, sed ita ut notitiæ rerum, quantum potest consulat.

In artibus uero tradendis (quam scholasticam expositionem, quia aliud deest nomen, modo appellauimus) hic ordo seruabitur, ut primo, si qui contra nos senserint, eorū refellamus opinionē. Deinde quæ nostra sunt ita tractemus, ut à generibus progrediamur ad species, & ex his porro (si res tam late pateat) in alias descēdamus, donec tota rei latitudo à summo usq; ad imum explicetur. In quo sanè ita procedemus, ut primo loco substantiam cuiusque, si ignoretur, deinde partes, deinde adiacentia substantiæ, hoc est, uis illa, qua agit ac patitur unumquodque,

tum cætera quæ eodem pertinent, ostendamus. Sed cauendum est, ne extra complexum eius, quod docendum sumpsimus, euagemur. Nam qui de tuenda hominis sanitate doctrinam instituit, nihil opus habet de animo ac mente eius differere.

Est & aliud expositionis genus in docendo positum, quod res multiplices ac uarias in unum quodammodo corpus orationis coniungit. In quo sanè arbitrarius ordo sequendus erit, & per species rerum dispositio ita instituenda, ut singula ad genera sua, tanquam ad capita referantur. Sic utique Plinius naturalis historię opus multiplex ac uariū persecutus est. Sic Aristoteles suum de animalibus. Sic Valerius Maximus rerum memorabiliū uolumen. Ouidij metamorphosis nulla certa dispositione constat, sed tota cõnexa uerius, quam ordinata est. Cuius equidem generis pleraque etiam apud Cor. Tacitum, & alios rerum scriptores inuenias: ubi nulla certa ratione, sed occasione potius ex alijs ad alia ordo transfertur.

In oratoria expositiõne, si res non obsliterit, naturalis temporum ordo sequendus erit. Ergo si primæ narrationis partes asperiores fuerint, fauorabiliores reliquæ, non ab re fuerit ab ijs, quæ benignius accipiuntur, occupare animos, & ad priora deinde figura aliqua reuerti. Aut si festinabit auditor, quo languenti  
adhuc



adhuc animo eius morē geramus, optimū fuerit ab eis incipere, quibus notitia causse cōtinetur. At ubi excitatus fuerit auditor, incaluerintq; aures audiendo, tum si qua fuerint alius repetenda inter questiones & argumēta q̄ poterimus opportunissime inferemus. Alia ratio est, si quis literis mandat actionem. Nam in hac auditoris persona obstare non poterit quo minus omnia pro arbitrio nostro & causse utilitate commode & prudentissime dispensemus.

Illud ignorandū nō est interdū diuidi narrationē, quæq; alio loco utilius dici poterāt, eodē reseruari. Nec semper continuari ordinē eius quod institutum est, sed interim affectu aliquo, interim digressiōe breuiori cursum interpellari. De quo si quis exempla requirat, attendat uel solam narrationem pro Cluentio, quæ ut longe artificiosissima est, ita totius huius præceptionis obseruationem luce clarius ostendit.

ORDO IN ARGUMENTATIONE SERVANDVS,

et primū de partibus orationis.

**O** Ratio si amplior fuerit, et non ad docendum modo, uerumetiā ad tractandū animū auditoris comparata, partes habebit, de quibus superiori libro dictū est. In his igitur (ne qd prætereamus) & suus ordo seruandus erit, & qdē naturalis, ut primo

loco exordium, deinde narratio uel propositio, post hæc confirmatio, postrema cōclusio ponatur. Nisi forte uel temporis angustia, uel occupatio auditoris diuersum exigat. Nam propter casum aliquē tēporis sepe exordium, sepe epilogus omittitur. Sepe dilato exordio à narratione incipimus, ac deinde uelut digressionē facta reuertimur ad id, quod ante fueramus dicturi, ut hac arte fallamus tedium auditoris.

Illud pariter attendendum est, non solum initio dicendi exordio locū esse, sed in medio etiam decursu orationis, ut sicubi noua questio tractanda sit, aut præmuniendus locus asperior, aut etiam procerij uice auditor placandus. Porro quod narrationi cōfirmationem subiecimus, id ita accipiendum est, ut in eadem questione intelligatur. Nam in diuersis questionibus ista citra legem commutari possunt.

#### ORDO QUÆSTIONUM

in oratione.

**O**ratio quæ argumentatione constat, quales sunt scholasticæ contentiones & ciuiles controversiæ triplici ordine digeritur, questionū, argumentationum, & partiū argumentationis. Questiones aut diuersæ sunt inter se, aut ab una aliqua origine descendentes, quemadmodū libro superiori dictū est. Quæ diuersæ sunt inter se, si una alteri confirmandæ

mandæ nihil cōferat, nullum certū habebunt inter se ordinem, sed in illis arbitrio suo stabit disputator.

Nisi fortè cōditio earū eiusmodi sit, ut de ea primū dicere expediat, quæ cæteris grauior sit ac difficilior: tenuiores, et quæ minus exposcant laboris, ad extremū reseruentur. Nā hoc pacto ferè cōparabitur authoritas differēti, et auditoris tædio consuletur, Sin uero cōprobatio unius alterius innixa fuerit, tūc si qua alteri astruendæ seruiet, ea priori loco explicetur. Vt si quærat<sup>r</sup>ur ex prisca philosophia: An animus humanus sit immortalis, & sit ne summū hominis bonū uirtus, prius certe immortalitatē animæ ostēdisse profuerit, q̄ id, quod posteriori loco est quæ sitū. Quia illo explicato haud parū præsidij ad alterū obtinendum paratū fuerit, hoc si tenuerimus, nihilominus illud integrū manebit. Quæ uero cognatæ erūt quæstiones, et omnes ab una aliqua propagatæ, in his hic ordo seruabitur, ut quæ nascuntur ex uerbis primo loco excutiātur: quæ incluse sunt uerbis, secūdo: postremo quæ ex cōditiōe oriūtur. Nisi fortè in prioribus duabus speciebus ea rei natura sit, ut nō oēs inde duci possint. Quod si accidat, prædictus ordo seruetur in ijs, quæ inde ducētur: et ita quidem ut generales præcedant, speciales sequātur, donec ad eā, quæ contractissima est, peruentū fuerit. Nā con-

ditionalium certe nulla alia constans regula dari potest, nisi ut quæ probandæ alteri conferet, primo loco ponatur. Quæ nihil contulerit, uel præcedat, si maiori uel animum auditoris occupatura sit: uel si potentissima sit ad probandum postrema locetur: sin leuior, in medium, sicut in agmine fieri solet recipiatur.

ORDO PROBATIONVM, SIVE  
argumentationum in oratione.

**A**rgumentationum dispositio, alia est in demonstratiuo genere, quod Græci *ἰνιδεντινὸν* uocant, et totum ad ostentationem uoluntatemque audientium accommodatur. Alia in ijs, quæ pertinent ad fidem et assensionem auditoris. Prioris generis sunt laudationes et uituperationes: posterioris quæ inter partes litigantium aut consultantium uertuntur. Et in demonstratiuo quidem genere laudatur bona, uituperantur contraria. Bona in homine, tum animi sunt, ut scientiæ et uirtutes: Tum corporis et fortunæ. Sed hæc posteriora laudatur dupliciter. Vel quia bonorum animi sunt indicia, ut uires continentie, opes frugalitatis. Vel quia aliquis ijs bene sit usus. Ut opibus ad liberalitatem, uiribus ad fortitudinem. Vituperantur horum contraria, uel si qua ex bonorum genere interpretando in contrarium uertuntur. In reliquis autem rebus laudamus utilitatem,

quam



quam præbent nobis, et ea præcipuæ parte bona censemus qua profunt. Sic deum patrem, rectorem rerum nostrarum, custodem, protectorem, datorem uitæ, autorem prosperitatis & quietis, omniumque bonorum fontem atq; originem prædicamus. Sic eundem similitudine laudum nostrarum extollimus, fortunæ, quòd nulli obnoxius sit: corporis, quòd malorum omnium, quæ in nos incurrunt, sit expers: animi uirtutumq; humanarum, quòd iustus sit, & benignus, clemens, sapiens, et cætera. Eadem ratione laudamus in equis, in cæteris rebus, primo quæ ex usu nostra sunt. Deinde quæ similitudine quadam ad nos ueluti animis eorum & corporibus insunt. Postremo, quæ quasi fortunæ beneficio eis accedunt.

In his igitur, atque adeo in hoc toto orationis genere, quoniam uoluptas admiratiõque audientium magis quàm fides petitur, hæc ratio dispositionis in uniuersum obseruanda est, ut ea quæ dicuntur, ad amplitudinem rerum ostendendam sint quàm efficacissima. Vel enim recensendis magnis uoluptas auditoris commouenda est, uel si minora sint, in eum modum ut magna uideantur, extollendis.

Itaq; si minora amplificanda sint, à leuioribus ad altiora uelut gradibus quibusdam ascendat oratio, & alia super aliam argumentatio exaggeretur. Ut  
apud

apud Ciceronem uidere est in oratione pro Marcello. Item in gratiarum actione, ubi prædicat beneficium populi Romani, quo ab exilio est reductus.

Sin autem magnitudo rerum, quæ laudantur, per se est sufficiens ut in laudando Pompeio, pro lege Manilia, & in uituperatione Marci Antonij, & L. Pisonis cæterorumq; tunc nihil necesse est seruare hunc ordinem extruendarum argumentationum. Sed aut dispartimur bona per sua genera, ut in fortunã, corporis & animi dotes. Aut uitam totam per temporum ordinem digerimus, ut quomodo natus sit, quomodo educatus, quomodo priuatus, quomodo in honore & magistratu se gesserit.

Aut ipsi nobis distributionem quandam effingimus. Vt pro Pompeio, in summo imperatore quatuor spectanda esse, scientiam rei militaris, uirtutem, autoritatem, & felicitatem.

Aut si multa & inæqualia sunt argumenta laudis, ne leuiora in unum congesta exilitate sua uim orationis infringant, aut maiora eandem supra modum tollant, arbitrarius ordo sequendus erit, & singula inter se ita temperanda, ut concinna mixtura & æquabilitas quædam accedat orationi.

In altero uero genere orationis, quod solam auditoris fidem petit, dispositio etiam tota ad fidem est accom-

accommodanda. Itaque si argumentationes fuerint, quæ non solum profint quæstioni, sed una etiam alteri formandæ seruiat, in ijs idem ordo seruandus erit, qui paulo ante de quæstionibus est præscriptus.

Sin nulla huiusce ordinis causa fuerit, tunc ab eo incipimus, quod apud animos audientium potentissimum sit futurum, leuiores inseremus, & quod arctissime teneat memoriam auditoris uelut stimulum quendam in fine subijciemus.

In affectibus autem ( id quod supra etiam admodum ) semper crescere debet oratio, & quemadmodum inter argumentationes, ea, quæ affectus est capacissima, ita in affectu id, quod potentissimum est, semper in fine locari debet.

#### ORDO PARTIVM ARGUMENTATIONIS.

**P**artes argumentationis, de quibus superiori libro dictum est, quam capiant dispositionem nullis certis legibus comprehendere queat. Illud tamen ignorandum non est, naturalem ordinem esse, quo propositiones præcedunt id, quod ex eis conficitur. Ut in ratiocinatione primo loco maior propositio, deinde minor, postrema conclusio, & in inductione prior partes aut species locantur, quam ex eis totum aut genus inferatur. Sed huius legis perpetua obseruatio

uatio ut friuola est, & puerilis, ita molestiae ac tædij plena. Quare uarietas adhibenda est, & modo hac, modo alia figura commutanda oratio. Nam sicut crebra similitudo facietatis est mater, ita uarietas uicundam reddit orationem, & alio atque alio dictionis colore aures reficit. Non semper ergo obseruanda est recta illa, & uera magis quàm diserta dispositio (tametsi & ea persæpe non male adhibeatur ab oratoribus) sed quemadmodum non semper omnes ubique exponuntur partes argumentationis, uerum aut propositio aliqua omittitur, aut conclusio, aut totius uis probationis intra unius propositionis complexum arctatur: ita et partium ordo crebro transfertur, & tum minor propositio ante maiorem, tum conclusio ante utranque propositionem primo statim ingressu locatur. Vt in oratione pro Marco Cælio hic serè syllogismus continetur: Nullus qui prauis cupiditatibus deditus est, literarum est studiosus: At M. Cælius literarum est studiosus, Non est igitur prauis cupiditatibus deditus. Sed huius ordo argumentationis ab oratore conuertitur, et initium eius sumitur à conclusione. Inq̄t enim: At uero in M. Cælio nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullū es alienum, & cætera. Deinde inducit minorem propositionem: Audistis cum pro se diceret, audistis antea



eum accusaret, & cætera. Postremo addit maiorem:  
 Atque scitote indices eas cupiditates, quæ obijciuntur  
 Cœlio, atque hæc studia, de quibus disputo, non facile  
 in eodem homine esse posse, & cætera quæ sequuntur.  
 Est enim oratoria argumentatio singulis partibus late & copiose explicata.

TABVLA DISPOSITIONIS.

			Poëtica
			Historica
			Scholastica
			Oratoria
Natura lis		Expositione	
Dispositio	Arbitraria		Partiũ orationis
		Argumentatione, in qua spectatur ordo.	Questionũ Argumentationum
Artificialis			Partium argumentationis

1475821

62N 67798518